Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0002-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0004-0

1703.

24. Olearius, Joann. Fridericus: de renunciatione cessionis bonorum a debitore facta.

25 Philippus, Fridericus: De successione ab intestato ex statuto Gorlicensi cum jure civili et Saxonico conferenda.

26. Proeleus, Immanuel: De origine diversorum juris naturalis principiorum, quatenus nec unica, nec adaequate vera sunt.

27 a. b. c Romanus, Carolus Frider.: de rescissione contractus locati conducti ob metum spectrorum
3 Exempl. 1703, 1737 u. 1748.

28. Scherzerus, Johannes Adamus: De conjectura pietatis

29. Seligmann, Gottlob Fridericus: De iis, quae circa receptam de sabbatho doctrinam a non-nemine nuper in dubium vocata sunt.

30. Treuer, Gottlieb Samuel: Disputatio historico-moralis, in qua sacerdotes Romani in genere considerati sese eruditorum oculis sistunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0005-6

1703.

31. Wernherus, Hieronym. Ludovicus: De brutorum lege.

32. Wernherus, Hier. Ludov.: De fundamento imputationis actionum moralium.

33. Wernherus, Hier. Ludov.: De officiis, quae jure imperfecto debentur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0006-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0008-3

583

Q. B. V. D.

De

# IIS,

Quæ

circa receptam

DE

# SABBATHO Doctrinam,

A non-nemine nuper in dubium vocata ſunt,

*DISSERTATIONE THEOLOGICA SOLENNI*,

Summe Venerandæ Facultatis Theologicæ benigniſſimo indultu,

*d. XI Maii Ann. MDCCIII*

In Auditorio Maioris Principum Collegii

publice aget,

PRÆSIDE

*VIRO SUMME REVERENDO atq; MAGNIFICO*,

DN. GOTTLOB FRIDERICO

Seligmann/

SS. THEOL. DOCT. & PROFESS. PUBL. ORDIN. CONSISTOR. ELECTOR. & DUCAL. ASSESSOR. MAIORIS PRINCIPUM COLLEGII h. t. PRÆPOS. & AD DIV. THOM. PASTORE,

*Patrono ac Præceptore omni pietate ævum devenerando*,

AUTOR-RESPONDENS

HERMANNUS IOACHIMUS Hahn/

Grabov. Mecklenb.

SS. Th. St.

*LIPSIÆ*, apud Phil. Wilh. Stockium.

1703, 29
8
9.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0009-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0010-3

*SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO*

# DOMINO FRIDERICO VVILHELMO,

DUCI MECLENBURGICO REGENTI, PRINCIPI VETUSTÆ GENTIS HENETÆ, SWERINI ET RACEBURGI, COMITI SVERINENSI, TERRARUM ROSTOCHII ET STARGARDIÆ DYNASTÆ,

PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0011-8

# SERENISSIME PRINCEPS,

## *DOMINE CLEMENTISSIME,*

IStos volvens atque revolvens libros, qui mihi ad Sabbathicam materiam rite enodandam atque deducendam, ferre videbantur ſuppetias, mirifice quadam pictura me fuiſſe delectatum, aperte confiteor, quæ ſeſe in limine *veræ cujusdam relationis de Sabbatho* conſpectui meo præſentabat. Siſtitur ibi oculis noſtris MOSES, at o quantus Princeps! quem Joſephus *Virum omnium, quotquot unquam fuere, prudentisſimum, & Imperatorem cumprimis bonum* prædicat. Pinguntur præterea caſtra eorum, qui ad promiſſam terram contendebant, & quorum

ille

ille ex divina voluntate debebat eſſe Præfectus: Siniſtræ ejus manui inditæ exiſtunt duæ legis tabulæ, quarum intentam cuſtodiam dextra ejus manus certo promittit, ita ut in capite ipſius merito verba hæc ſub ſplendida quadam corona fulgeant: CUSTOS UTRIUSQUE TABULÆ. Statim ac effigiem iſtam accurate inſpexeram, in mentem mihi veniebant illa, quæ de Carolo Magno Hiſtoriæ nobis reliquerunt; quod victrici nempe gladio ipſius hæc vere divina verba literis ſuis initialibus fuerint inciſa: *Decem Præceptorum Cuſtos Carolus A DEO Conſtitutus.* Quibus ſane nihil aliud innuere voluit Sapientiſſimus Imperator, quam Principi cuivis Bono hoc elogium jure meritoque competere, ut ſubditis ſuis proponatur tanquam CUSTOS UTRIUSQUE TABULÆ. Et omnino, hoc eſſe ſummum honoris ſui faſtigium, pii ſemper Principes agnoverunt, quod Deus in verbo ſuo ipſos tanquam Curatores & Nutrices Eccleſiæ atque ut Paſtores, ne ſanum deſit alimentum ovibus proſpicientes, publice commendet. Quare & ego judicavi, commode meam quoque de Sabbatho tenuem diſſertationem eadem fere ſplendida imagine exornari atque muniri poſſe, ſi iſtam TUÆ, CLEMENTISSIME PRINCEPS, Gratiæ ſubmiſſe dedicarem, conſecrarem. Nonne enim TUÆ quoque SERENITATI Paſturam Gregis ſui perampli benigne commiſit Deus? Nonne TIBI quoque, CELSISSIME PRINCEPS, Tabulas legis ſuæ in manus dedit? Dum itaque SERENISSIMUM TUUM, FRIDERICE WILHELME, nomen expreſſi, eo ipſo nitidiſſimam MOSIS cujusdam, populo DEI ab ipſo DEO præfecti, effigiem me propoſuiſſe ſum arbitratus, in cujus Sereniſſimo Capite ſub corona aurea hæc verba fulgent: CUSTOS UTRIUSQUE TABULÆ. Optime namq; perſpectum habes, PRINCEPS CLEMENTISSIME

SIME, Magiſtratum probum non poſſe non in id eniti, ut in actionibus conſtanter appareat ſuis, quod Romanorum Auguſtus ſingulari quadam in moneta argentea penitius ponderandum exhibuit. Imprimi videlicet uni lateri ſuam juſſit effigiem, at in altero templum aliquod quadrangulatum quatuor cum ſcalis & totidem clauſis januis volebat expreſſum. Januam quamvis ornabant duæ columnæ, quibus campana quædam omnis generis fructus exhibens, erat adjuncta. Tandem in ſuprema templi parte Ianus, quatuor gerens facies, ſculptus videbatur. Quorſum ſpectaverit, in proclivi eſt judicare, atque Tua inprimis Celſitudo, PRINCEPS GRATIOSISSIME, non diffitetur: Si Ethnico Principi curæ fuit non Politiæ ſaltim ſalus, ſed & ſacrorum obſervatio; Quid non deceat Principem Chriſtianum? Verſantur in conſpectu Tuo ſanctiſſima Joſuæ, Davidis, Salomonis, Hiskiæ & præſertim Joſiæ exempla, horumque æmulos in pretio habes. Verſatur in conſpectu Conſtantinus M. qui primus inter Chriſtianos Imperator dicitur, de quo Theodoretus ſcribit: πᾶσαν εἰς τὰ θεῖα μετέθηκεν τὴν σπουδὴν i. e. *omne ſuum ad res divinas applicavit ſtudium.* Et Euſebio teſte in Filiis ſuis eundem zelum quò excitaret, monuit, ut puram DEI cognitionem atque ſalvificam religionem omnibus mundi theſauris, imo ipſi Imperatoriæ Dignitati anteferrent. Atque cum & TUA CELSITUDO in PARENTE SERENISSIMO, dum viveret, eadem deprehenderit veſtigia, Theodoſio ſimilis eſſe ſumma cum laude ſtudes, qui moniti hujusmodi memor uberrimos quoque a Nilo flumine exſpectandos proventus contemtui habuit, dummodo puro DEI cultui nil detraheret. Quis igitur Te, SERENISSIME PRINCEPS, non appellitaret CUSTODEM UTRIUSQUE TABU-

LÆ

LÆ in lege divina? In hac vero lex de Sabbatho cum ultimo quidem conſpiciatur loco, at ita, ut ejus memoriam magnopere commendet Legislator Summus, quis TE, PATRIÆ PATER, hujus etiam inprimis præcepti vigilantiſſimum Cuſtodem eſſe, velit ambigere? Inter genuinos Sabbathi Cultores ſane non interibit viva Ducis illius Mecklenburgici memoria, de quo B. Georg. Weinrichius in ſingulare ejus encomium retulit, quod noſtro Sabbathi die ne quidem literas ad ſe ſcriptas aperire, aut quasdam conſcribere auſus fuerit, niſi urgens neceſſitas hoc efflagitaret, hanc rationem interrogatus adjiciens, diem hunc ſpeciatim ſibi vendicare Deum noſtrum, & eam quoque ob cauſam *diei Dominici* nomen ipſi eſſe inditum, ut innueretur, hoc die nonniſi res dominicas & divinas eſſe peragendas. Sed ita etiam diu aliquando vigebit Recordatio TUA, OPTIME PRINCEPS, inter cunctos bonos ſubditos, qui NOMEN TUUM SPLENDIDISSIMUM ſancte ſemper colent atque cuſtodient, quoniam Ipſis in obſervatione veri cultus divini optime cuſtodiiſti ac monſtraſti viam. Atque hæc quidem, qui hactenus abſens meditatus ſum, dum patriam repeto, ſpecimine hoc, quod SERENISSIMÆ CELSITUDINI TUÆ offerendum eſſe jure omni meritoque cenſui, venerari jam ſubmisſiſſime volui, debui. Præſertim cum illuſtre Clementiæ Tuæ documentum haud ita pridem lætisſimus perſenſerim. Suſcipe itaque, PRINCEPS SERENISSIME, levidenſe hoc munuſculum; ſuſcipe, &, cum Cuſtos utriusque Tabulæ ſis, Cuſtodiæ etiam Tuæ & benignitati indulgentisſimæ idem cum offerente pro Summa, qua inter Principes emines, Gratia, commendatum habe. Vive, PATER PATRIÆ, ET TUÆ SERENISSIMÆ CELSITUDINIS Cuſtodem Eum, qui in cœlis

is eſt, perpetuo vigilem, experire, ut Sabbatho gaudeas hic undiquaque juxta cor Tuum Sereniſſimum exoptatisſimo, ut de eodem læteris poſt ſeros annos in æternum! Ita paucis, at ſubjectiſſima mente, vovet

SERENISSIMÆ CELSITUDINIS
TUÆ

*Servus humillimus*

HERM. JOACH. Hahn/
Grabov. Meclenb.

Ad

Ad

*Nobiliſsimum Præclareque Doctum*

DOMINUM

# AUTOREM AC RESPONDENTEM,

Fautorem Honoratiſsimum.

ELapſæ jam aliquot ſunt Septimanæ, cum Tuum mihi ex hâc Academia abitum intimares, ſimulque rogares, quandoquidem ante ſpecimen eſſes editurus, quàm hinc ſecederes, vellem præſidio meo qualicunque adeſſe Tibi, ac ita adjuvare propoſitum Tuum longè laudatiſsimum. Annui lubens petito Tuo. Id enim poſtulabat maximè officii mei ratio, quod Studioſis, quà licet, ad deſideria me jubet mancipatum eſſe; poſtulabat inſuper affectus planè ſingularis, quo Venerandus Parens Tuus, Vir de ſplendido, quo fungitur munere, apprimè meritiſsimus, unà Tecum me ſemper proſecutus eſt. Quæſivi proin de Themate, quod ſelegiſſes. Et quanquam non deerant,

 rant,

rant, quæ monerem; rei momentoſitas & difficultas; ſcopum tamen ubi eloquereris tuum, qui is erat, ut in Doctrina, quam de Sabbatho hactenus hauſeras, Te magis magisque corroborares, non amplius reſtiti, omnemque in actu Diſputatorio promptitudinem meam pro virili Tibi promiſi. Inter elaborandum vero conſilio meo Tibi nec aſſiſtere adeo potui; nec adeo volui. Non potui per invaletudinem meam, quæ lecto me primum tenuit affixum. Poſtea dimiſit quidem, ſed ad aliqua rite meditanda, ut fieri ſolet, non confeſtim promptum, & cumulatis mox aliis laboribus tantum non obrutum. Non volui; nam ſpecimen erat, cui invigilabas, quo redditurus eras Studiorum rationem PRINCIPI præſertim SERENISSIMO, DOMINO Tuo ac meo LONGE CLEMENTISSIMO: Venerando deinceps Parenti, ac aliis, quos Mœcenates habes ac Patronos faventisſimos.

Tuum

Tuũ ergo ut eſſet; contendendũ fuit. Si quid meum eſt, non diſſimulo, quod unicum mihi arrogem. Moderationem nempe, quam ut adhiberes, quantum fieri potuit, ſvaſor Tibi monitorque extiti. Et laudo obſequium, quod non facile denegaſti. Præterea & illud bono mihi omini fuit, quod cum Theologis edecumatis loqui ames, quorum veſtigia ſi premere porro, ceu hactenus cœpiſti, perges, iis cum Deo & die accenſeberis, quorum eximium eſt præ multis nomen in ſancto Dei populo. Scripſiſſes plura, ut ſub initium intenderas, niſi & Tuæ operæ ſatis fuiſſent diviſæ, quippe quas aliis in ſancto ſtudio manuducendis ſacrare aſſveviſti, & abitus Te urgeret imminentior. In primo tamen Capite quid omiſeris, vix apparet, in reliquis, ne ἀσύμβολος diſcederes plane, aliqua ſolummodo tetigiſti; reliqua alii loco atque tempori reſervaſti. Macte virtute Tua & in his ſimilibusque argumentis ulterius

rius Te illum præſta, qui conatui non parcere ulli ſolet, & *Venerando* potero *Parenti Tuo* & *Tibimet ipſi*, *Tuisque Fratribus honoratisſimis* de ſu cceſſu undiquaque exoptato ſæpe gratulari. Complectatur Te ſemper divina Gratia! Scribeb. Lipſiæ inter avocamenta non pauca, d. IX. Maii Ao. M DCC III.

PRÆSES

D. Gottlob Friedrich Seligmann.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0020-8

# PROOEMIUM.

## §. I.

ARduam ſane de Sabbatho materiam Eccleſiæ Reformatæ Theologos, in Belgio maxime, per magnam ſeculi elapſi partem non parum reddidiſſe inquietos, nemo inficias ibit, niſi is, qui prorſus erit ignarus editarum publice de hoc argumento meditationum, Roberti Loëi, Iohannis Primoroſii, Antonii Walæi, Abrahami Heidani, Gvil Ameſii, Franciſci Gomari, Ioh. Hornbeckii, Martini Schookii, Andreæ Riveti, præcipue autem Andreæ Eſſenii & Franciſci Burmanni. *Ita enim de Sabbatho & Quiete* (utar iam verbis Venerandi Dn. D. Fechtii, Patroni atque in Chriſto Patris mei filiali obſequio proſequendi (a), ) *tanto tum animorum impetu & inquietudine certatum fuit, ut,*

(a) vid. Ejusd. Schediasm. Sacr. Exercit. 3. de Sabbat. p. 542.

*ut, feſtive ludente Martino Schookio, integra agmina libellorum & Diſputationum provolarint, quibus omnia, ad problematicas circa argumentum de Sabbatho controverſias pertinentia, non ſine aculeis adeo diffuſe diſcuſſa fuerunt, ut illi ipſi, qui quotidiana novorum libellorum lectione faſtidium ſuum detergere geſtiunt, iamdiu: ohe ſatis eſt! dixerint; nihil aliud e prælis Belgicis prodire videntes, quam quod Sabbathicum eſſet, ipſo Sabbatho vix ferias concedente operis, ſine intermiſſione agitatis, in expreſſione talium opuſculorum, quæ urgebant ſtrictisſimam quoque & parum quin Iudaicam obſervationem quietis a DEO præceptæ.* Nomen itaque illud, quod quietem & tranquillitatem promittit, materiam tamen litis uberem multum præbuit atque copioſam.

## §. II.

Utinam vero noſtris in Eccleſiis, varie iam turbatis, non interrupta quoque quies deprehenderetur per illas de quiete Sabbathica etiam ad nos traductas Diſputationes! Non memorabo impræſentiarum alia: Nec illa multis tangam, quæ ex Holſatia innotuere, ubi Paſtor quidam Eccleſiæ Gykavienſis *curioſam*, ceu appellat,

pellat, *Burmanni Enarrationem* de Sabbatho, cum Præfatione ac Laconismis marginalibus, conſpicere lucem iuſſit, ab Antiſtite ſuo Vigilantiſſimo, D. Ioſua Schwartz / ob id negotii non male taxatus. Extat ſcriptum ipſi oppoſitum ſub Tit. Wahrer Bericht vom Sabbath; Altona 1701. Unius meminiſſe iam integrum erit. Prodiit nimirum haut ita pridem e viciniori celebrique loco Diſſertatio, quam, pro ſummis in utroque Iure Honoribus, ſub præſidio *ICti famigeratiſſimi*, habuit tum *Candidatus*, iam *Licentiatus Iuris Nobiliſſimus*, in ea, quam profitetur, inprimis, pluribusque, uti apparet, aliis ſcientiis eximie verſatus. Eaque, ut Inſcriptio habet, *ex Eccleſiaſtico Iure* petita dicitur, ac *Ius Sabbathi* exponit. Qua in re an benigniora ſibi fata iure polliceri potuerit, quam, veluti ipſe conqueritur, perſenſit in alia, penitiorem interponere diſcuſſionem ſi libuerit, abunde, ceu ſpero, liquefiet. Sic vero Idem ſub initium Præfationis, quæ Diſſertationi modo allegatæ præmiſſa eſt, *de ea, qua Ius liciti ſed non honeſti* ſub incudem vocavit, loqui haut tergiverſatur: *Illam, poſtquam in notitiam aliorum pervenerit, ſtatim, varia variorum iudicia ut ſubiret*, fuiſſe coactam, *ubi aliis hæc, aliis illa, aliis omnia diſplicuerint; nonnulli eam rem ſuo iudicio indignam eſſe exiſtimarint.*

Equidem omnia in iſthac, ad quam nunc reſpicimus, ita comparata eſſe, ut diſplicere quælibet debeant, non ita plene affirmaverim. Sunt paſſim aliqua, in quibus aſſenſum Dn. Autori non denegabimus. Complura tamen num eo veritatis cum conſenſu, qualem prætendit, ſint ſcripta, qui dubitaverit, ius liciti & honeſti transgreſſus haut cenſebitur. Neque cui allibuerit perpendere *Magni Nominis*, & ab adverſa quoque Parte absque dubio multum æſtimati, *Theologi* commendandam omnino aſſertionem (b): *quam facili videlicet negotio in libertatem animæ ædificationi noxiam trahantur, quæ libere admodum de Sabbatho proponi ſoleant;* indignum ſuo examine, quod hic contextum eſt, exiſtimabit. Quamvis alias idem hic VIR Magnus non immerito optet (& quis non cum ipſo?) ut quieto ſibi in hac de quiete materia eſſe liceat.

(b) Conf. Dn. D. Speneri Theolog. Bedencken P. II. Cap. III. Sect. X. p. 36.

## §. III.

In proclivi autem eſt iudicare, haut levis momenti tractationem imminere ei, qui paulo ſtudioſius huc mentem applicaturus videtur. Quorſum illud quoque ſuo modo ſpectat, quod de antiquis Iuris Doctoribus Beſoldus affert in The-

Theſauro practico, *quæſtiones graves* ab illis *Sabbathicas* fuiſſe nominatas. Mihi in primis, ſi ætatis habeam rationem, & requiſita conſiderem, ad ejuſcemodi opus rite perficiendum neceſſaria, ita ſuffenus non ſum, ut neſcire malim, in me deſiderari multa, quibus ſine exoptatus ſperari ſucceſſus vix poteſt. Sed ad Deum refugio; cuius auxilio freti non infeliciter tentare humeri valebunt, quid ferre queant, quid ferre recuſent. Præcipue quod ita proficere magis ſubinde diſcamus, cum arduis rebus laborem impendere læto animo ſuſcipimus.

## §. IV.

Haut igitur ægre feret Nobilisſimus Dn. Autor, dum litem, abs qua maiori cum iucunditate nos liberos ſciremus, denuo non ita pridem movere eidem placuit, quando prognatam inde diſſertationem ipſius, eruditione cæteroqui multijuga haut deſtitutam, adverſariam mihi conſtituere audeo; quippe qui ſibi ſentiendi, qua uſus eſt, libertatem cum noluerit invideri, non invidebit mihi ſtudium in dogmate, quod hactenus ſolidis ſuffultum rationibus adinveni, memet corroborandi, aliisque, quam haut feriant ſatis, quæ reponi ſvevere, ea, qua fieri poterit,

rit, cum modeſtia oſtendendi. Neque verbum voluero ſcriptum, unde ſe læſum credere queat; neque omiſſum tamen, quantum per temporis rationem permittetur, quicquam cuperem, quod ad Sabbathi Vindicias ſuam conferre Symbolam deprehendetur. Sequar ordinem, quem Nobiliſſimus Dn. Autor eſt ingreſſus, &, quid ſuo ſubinde loco inprimis attendendum monendumque eſſe arbitrer, id evidentiſſime ediſſeram. Adſis Domine, cuius honori ante omnia, quicquid meditatus huc transtulero, dicatum eſto; ſit & meum, quod Dn. Autoris adverſæ diſſertationis, ſuſpirium: Sanctisſime Pater, ſanctifica nos in veritate Tua, verbum Tuum veritas eſt!

* * *

Ὡς ἐλεύθεροι, ἀλλ' ὡς δοῦλοι Θεοῦ.

# CAPUT I.

## DE SABBATHI ORIGINE, PROGRESSU ET OBLIGATIONE IN NOVO TESTAMENTO.

§. I.

SIngula hic perluſtrare non placet, vel acceſſus cuiusdam novi, vel nominis etiam enodandi cauſa in medium allata. Neque, ut id fiat, opus eſt, cum, nomen præſertim quæ declarant, maximam partem bene ſeſe habeant, niſi illud obſervatu putem dignum, non ſatis penetrari, quo ſenſu *dies Dominicus noſter* ſit *octavi* titulo inſignitus.

§. II.

Propius ad ipſum illud, quod inter alia caput videtur rei eſſe, pedem confeſtim proveho. Atque iſtud quidem quæſtionem concernit *de Sabbathi inſtitutione prima, num DEO ea ſub finem conſummatæ creationis ſit tribuenda, num ad Moſis referenda demum tempora, quæ populi ex Ægypto eductionem excepere*? Nobiliſſimus Dn. Autor Diſſertationis adverſariæ non præter methodum curatam agit, dum varias adducit ſententias, una cum rationibus, iisque iudicium tandem ſub-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0027-9

ſubiicit ſuum, ad rationes inſimul reſpondens, quas reperit, contrarias. Inque his polite omnia & docte proponit, quod lubens largior, qua vero cum ſoliditate & veritate, ſcrutinium demonſtrabit. Communiorem ſententiam primo exhibet loco. Et hæc ea eſt, pro qua depugnare non ambigo: *Opere* nimirum *Creationis perfecto inſtitutum eſſe a DEO Sabbathum.* Ita docuerunt ſemper Theologi Summi, & pauciores multi ſunt, fatente Dn. Autore, qui contrarium tenent; atque inter hos forte nonnulli ſuis meritis celebres, quanquam hic ſingulare aliquid amplexantes. Sed non numero a parte noſtra ſtantium, verum momentis rationum rem tranſigendam eſſe probe novimus, hinc & de hiſce princeps erit contemplatio.

## §. III.

Ad caput Geneſeos II. eiusque vers. 2. & 3. non poſſumus non provocare; quod argumentum ipſe Dominus diſſentiens appellitat palmarium. Et palmarium non ſolum eſt, ſed &, collatum tamen cum iis locis, in quibus repetitur deinceps (Exod. XX. v. 11. & cap. XXXI. v. 17.) ſolitarium fere; ut, niſi huic inniti poſſent, qui ſcaturiginem Sabbathi ad ipſa mundi initia referunt, divinæ revelationi, absque dubio cætera argumenta parum laboris adverſantibus ſint factura. In fontibus verba ita fluunt:

וַיְכַל אֱלֹהִים בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי מְלַאכְתּוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה וַיִּשְׁבֹּת
בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי מִכָּל־מְלַאכְתּוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה׃ וַיְבָרֶךְ
אֱלֹהִים אֶת־יוֹם הַשְּׁבִיעִי וַיְקַדֵּשׁ אֹתוֹ כִּי בוֹ שָׁבַת
מִכָּל־מְלַאכְתּוֹ אֲשֶׁר־בָּרָא אֱלֹהִים לַעֲשׂוֹת׃

Quæ B. Sebaſtianus Schmidius genuine ita transtulit: *Quumque abſolviſſet Deus in die ſeptimo opus ſuum, quod fecit: quievit in die ſeptimo ab omni opere ſuo, quod fecit. Et benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificavit eum: quia in eo quievit ab omni opere ſuo, quod creavit Deus faciendo.*

## §. IV.

Advertimus hic cum Interpp. e B. Quenſtedio (c) *duplicem Sabbathiſmum, ceſſationis divinæ, quam abſoluto creationis opere ſeptimo die celebravit Dominus; & quietis humanæ, quam primis noſtris Parentibus*

(c) Diſput. Theol. de Sabbatho Sabbatho Sect. II. §. 9.

*bus præſcripſit exemplo pariter ſuo & verbo tum mandati, cum ſanctifi-cavit diem ſeptimum, tum promiſſi, cum eidem benedixit.* Requiem vero ac ceſſationem divinam non ad rerum creatarum conſervationem & gubernationem, ſed ad novarum ſpecierum creationem eſſe referendam, cunctis iam erit perſpectum, neque proin h. l. prolixe evolvendum. Hinc quoque non tam DEI noſtri quietem, quam eius in quiete ſimul actuoſam ordinationem attendentes, vel paucis ſaltem in benedictionis & ſanctificationis divinæ qualitatem ut inquiramus, e re videtur. Benedictionem autem delineaturus, uti merito nugamentum Iudæorum ante omnia removet, qui iſthanc de impreſſione ſingularis virtutis generativæ exponunt, atque propterea eo die liberis procreandis ſtrenue operam dare dicuntur, ceu invenire eſt apud Buxtorfium (d) alios-que: (e) Ita ſubnectit deinceps, benedicere divinum diei ſeptimo competere omnino, at *non in ſe neque reſpectu ſui ipſius*; Sic enim ille, ut Rivetus cenſet, *quatenus dies, alicuius acceſſionis boni non eſt capax; Verum per relationem quandam ad ea, quæ die Sabbathi facta ſunt aut fiunt.* Quem in modum ſecundum B. Sebaſtianum Schmidium (f) noſtrum *Iehova poſteriori tempori Iobi præ priori benedixit*, Iob. XLII, v. 12. Et hæc non male. Num autem ii rem ſatis exprimant, qui Deum diei ſeptimo benedixiſſe arbitrantur, *quatenus voluit*, (recito iterum Riveti, idem ſtatuentis, verba) *ut in eo celebraretur maxime operum ſuorum præſtantia & dignitas, ſolemniterque illum conſecravit, ut in illo ſibi ſtudia & occupationes hominum aſſereret, & nos in operum ſuorum admiratione contineret*; vel ideo licebit dubitare, quod eo pacto plane inter ſe conveniant benedictio & ſanctificatio, neque differant aliter niſi per Exegeſin, quæ iterum Riveti & complurium eſt opinio, ita ut ſequens vox ulterius explicet & illuſtret antecedentem. Cuius quidem rei in Scripturis exempla non deſunt. At, cum & adſint, qui oſtendant interpretationem cuilibet voci ſenſum diſtinctum vindicantem, hos ſimul audire fortaſſis non erit incongruum. Nomino proin hic illos, qui in benedictione proponi inprimis autumant *efficaciſſimam divinæ gratiæ promiſſionem, ad eos ſpectantem, qui hunc diem*

(d) in Synagog. Iudaic. C. XV. p. 323.

(e) vid. Leusden. Philol. Hebr. mixt. diſſ. 36. p. 238. it Anton. Hulſ. Theol Iudaic. lib. 1. p. 2.

(f) in Comm. ad h. l.

*ſanctificant.* (g) Retinent ſiquidem hi ipſi maxime acceptionem Benedictionis communem, quam Ebræi, eodem Riveto teſtante, in תּוֹסֶפֶת טוֹבָה h. e. *acceſſione boni* ponunt. Pertinetque huc Vinarienſium quoque Paraphraſis, qui Moſis verba hunc in ſenſum pergregie transtulerunt: GOtt verhieß auch Segen und alles Gutes denen / welche den ſiebenden Tag würden mit heiligen Wercken zubringen. Et ſine dubio eodem quoque reſpexit B. Quenſtedius, dum in loco ſupra allegato verbum *promiſſi* divini a verbo *mandati* diſtinctum in *benedictione* latere annotavit. Die, quid pulchrius, quid ipſi Spiritus S. eloquio conformius hic adſtrui queat, niſi hoc, ad illum dignitatis gradum diem, de quo ſermo, evectum eſſe, ut obſervatores eiusdem bona etiam ſibi poſſint polliceri omnia? Certe hoc vult, hoc poſcit præcipue vox *benedictionis*. *Sanctificationem* autem quod concernit, de verbo קדש vel Lexicographi paſſim docent, id in Pihel præſertim denotare idem ac *conſecrare*, *ſanctum reddere*, *a communi & profano uſu ſegregare*, *& uſui ſacro, cultui divino*, *ſacrisque deſtinare*. Imo affirmat B. Quenſtedius (h) per exemplorum inductionem monſtrari poſſe, verbum Ebræum in forma Pielica non admittere aliam interpretationem, quam quæ ad cultum divinum ſpectet. *Etiam*, inquit, *ſanctificatio*, *ſeu ſegregatio primogenitorum Exod. XIII v. 2. ſanctificatio & ſegregatio filiorum Iſai 1. Sam. XVI. v. 5. non ſeparationem ad ſingulare privilegium tantum*, *ſed & ad peculiarem cultum*, *electionique præcedentem in vocationem DEI requirit.* Quod per alia exempla ab aliis quoque Viris in Scripturæ ſcrutinio eminentibus evidenter non minus declaratum invenimus. Ablegamur ad Ezechielis locum Cap. XXXVII, v. ult. ubi Deus, *cognoſcent*, inquit, *gentes*, *quod ego ſim Dominus*, (מְקַדֵּשׁ) *qui conſecravit* (i. e. ad religionem cultumque ſui ſegregavit) *Iſraelem*. Item ad alium, qui extat Exod. XXIX. v. 44. deque Aarone & filiis eius agit; ita namque ibi Deus: (אֲקַדֵּשׁ לְכַהֵן לִי׃) *conſecrabo* (i. e. eosdem ex toto Iſraelis populo ſegregatos inprimis deſtinabo) *ut ſacerdotium gerant mihi*. Plura ne nunc addam. Unde omnino *ambigo*, num elegantius queat circumſcribi Textus, de quo eno-

(g) Eſt hos inter B. Rudrauff. in ſeinen Theologiſchen Gewiſſens-Fragen von der Sabbaths-Feyer. Qv. II. §. 3.

(h) l. c.

enodando impræſentiarum ſollicitudo me tenet, quam factum eſt a B. Iohanne Gerhardo (i); cuius uti ceteroqui memoria apud nos merito magna, ita iam eiusdem meminiſſe eo libentius volui, quo minus aliqui veriti ſunt, ipſum adverſariæ Fautorem ſententiæ iactitare. (k) Verba, quibus uſus eſt, huius ſunt tenoris: *Quando Deus dicitur ſanctificaſſe diem ſeptimum, ſenſus eſt, quod peculiariter eum ſuo cultui vendicaverit, quod deſtinaverit eum divinis operibus, videlicet exercitio cultus divini & meditationi divinorum operum, quod hic dies ad gloriam ſancti ſui nominis ſanctis operibus tranſigi debeat.* Sane qui potuiſſet Deus ipſe Exod. XX. v. 9. 10. 11. (ubi noſtra, quæ nunc conſideramus, verba ſub finem repetuntur) hanc mandato iſthic inculcato ſubiicere rationem: *Idcirco benedixit Iehova diei Sabbathi & ſanctificavit illum,* nempe, ut recordari diei Sabbathi tu debeas, & eum ſanctificare? niſi iam inſtitutio cultus, poſtmodum iterum requiſiti, ſub initium confeſtim eſſet inſinuata. Confer etiam Exod. XXXI. v. 17.; quæ duo ſunt illa loca ſuperius noſtro iam iuncta. Urget hoc argumentum, & efficaciter urget B. Reiſerus, Theologus pie ſolideque doctus. (l) E quo patet, bene laudatum ſæpius & nunquam ſatis laudandum B. Quendſtedium noſtrum hinc concluſiſſe: *Ab eo tempore, quo dies ille ſeptimus divinitus ſanctificatus fuit, homines quoque eundem ſolemnem agere debuiſſe;* quam ἀναγκαῖαν καὶ ἔυρωστον συνακολούθησιν, ſtylo Baſilii vocat; *inprimis cum ſanctificatiionem iſtam propter homines factam eſſe Marc. II. v. 27. totidem verbis aſſeratur.* Quo pertinent heroica illa Megalandri noſtri, quæ & adduxit Dn. D. Ioſua Schwartz (m) & eximie vindicavit contra eum, qui in partes ſuas Beatiſſimum Virum, ſi poſſet, trahere omnino mallet: Der Sabbath iſt nicht um der Schaafe und Kühe willen/ ſondern üm des Menſchen willen geordnet/ daß in ihm GOttes Erkäntniß ſolte geübet werden und zunehmen. Und ob nun wohl der Menſch GOttes Erkäntniß durch die Sünde verlohren hat/ ſo hat doch GOtt das Gebot vom Sabbath wollen bleiben laſſen/ und hat gewolt/ daß man am ſiebenden Tage ſein Wort und GOttes-Dienſt/

(i) in Comm. ad h. l.

(k) de quibus B. Rudrauff. l. c. quæſt. 2. §. 6.

(l) im Sabbathiſch- und Sonntäglichem Licht und Recht. p. 126. ſeqq.

(m) Tractat. alleg. p. 32. ſeqq.

von ihm geordnet/ üben und treiben ſolte. Quibus pariter quid clarius? quid evidentius? Perſtat vel vi vocum, e fontibus breviter adumbratarum, clauſula, quam in Commentario ſuo adhibet magnus ille Doctor Noſter: *Sabbathum ab initio mundi deſtinatum eſt ad cultum DEI.*

§. V.

Nobis perſtat, ſed non perinde Nobilisſimo Diſputationis adverſariæ Dn. Autori, qui in eo potius cumprimis eſt, ut, quæ ex illis nunc allata ſunt, qui receptæ hactenus doctrinæ adhærent, parti contrariæ ſubſcribens, enervare ſtudeat. Recte tamen eorum improbat effugium, quibus anticipationem hic in Moſe quærere allibuit. *Prolepſis* enim *hiſtorica, quam adverſarii* aliqui *hic fingunt, vana eſt ac nulla, nullo aut fundamento aut firmamento innixa: quam potius contextus verborum Moſis & omnes circumſtantiæ evertunt. Et ſi talem fingere impune & ſine ratione licet, quid demum indubitatæ veritatis in hiſtoria ſacra relinquetur? Huic enim nimium quantum infeſta & infenſa illa eſt;* ut rite iudicat Dn. D. Iohann. Auguſtus Stempelius in Diſcurſu Theologico, quem, cum Doctor Theologus Ann. 1674 ſolemniter renunciaretur, publice exhibuit (n). Adde Antonii Walæi verba, quæ Idem exſcribere non eſt pigratus: *Rogo omnes, qui ſine præjudicio hæc verba* (Geneſ. II. 2.) *legent, an ea posſint aliter intelligi, quam de re, quæ contigit quando DEUS perfecit opus ſuum, non de re, quæ contigit bis mille & quadringentis poſtea annis? Examinentur verba, miror, cuiquam contrarium videri poſſe, nempe ut ſit ſenſus: DEus quievit die ſeptimo ab operibus ſuis, ſed bis mille poſtea annis demum illi benedixit & ſanctificavit eum. Sic vero non benedixiſſet ei Sabbatho, in quo ipſe quievit, nec illud ſanctificaſſet, ſed ei, quod poſt centurias annorum demum erat venturum. At relatio ipſa & articulus* δεικτικὸς *oſtendit, de hoc ipſo Sabbatho Moſen loqui, in quo Deus quievit.* Absque dubio clarisſimæ luci is denſas affundere tenebras dicendus eſſet, qui hoc præfracte negare vellet. Et ex his ipſis momentis clareſcit, an magis ad rem faciat reſponſio, quam alteram nuncupat Dn. Diſ-

(n) Theſ. III. §. 12.

Diſſentiens, qua aſſeritur, Moſen hæc verba: *Et benedixit Deus &c.* addidiſſe eo tempore, quo hiſtoriam ſuam conſcripſit & Sabbathum iam inſtitutum erat. Nam in eadem ſerie divinitus impulſus Autor quietem DEI refert, quæ die ſeptimo in prima creatione contigit, qua benedictionis & ſanctificationis mentionem facit, quæ tunc quoq; iuxta expreſſa hæc S. Scriptoris verba absq; dubio fuit peracta. Qui demum ad hiſtoriam, in monte Sinai quæ contigit, referri valeret? In qua potius tanquam res pridem facta allegatur, loco, quem vice iam plus ſimplici citavimus, Ex. nimirum XX. v. 11.

§. VI.

Quare cur ulla ratione lubricam hanc adiuvare debuiſſet ſententiam Dn. Diſſentiens, non erat. Quod tamen facere anniſus eſt pag. 14. num. 43. ſeqq. dum ſcribit: *Si hæc verba, & benedixit, & ſanctificavit, inferunt inſtitutionem Sabbathi eo tempore, die ſeptimo primo factam, fluit inde, legem de Sabbatho homines etiam in ſtatu innocentiæ obligaſſe, tum enim adhuc in ſtatu innocentiæ conſtitutus erat homo.* Fulcimentum (non indignabitur, ſi libere fuero locutus) ſat infirmum! Grata potius mente iſtam illationem, avideque arripere, & ambabus, quod aiunt, manibus largiri, mihi erit integrum.

§. VII.

Sed *abſurdum eſt*, inquit, *uſum Legis de Sabbatho ad ſtatum innocentiæ extendere; quod facile ſit conceſſurus*, qui *rem accuratius penſitaverit*. Age, penſitemus. *Nam*, (1) dicit, *omnis externus cultus, ad tempus & locum adſtrictus, tantum habet reſpectum ad ſtatum hominis poſt lapſum*. Sumit hoc; rationem non addit. Neque in propatulo eſt cauſa, ob quam cum innocentiæ ſtatu cultus externus, ad locum tempusque reſtrictus, pugnare tantopere debeat. Neque humanum illud dilucide expoſitum reperitur, quod paſſus eſſe ipſe Magnus dicitur Lutherus, dum *arborem ſcientiæ boni & mali Eccleſiam* nominat, *ad quam Adam cum poſteritate ſua*

 *die*

*die Sabbathi conveniſſet, & poſt refectionem ex arbore vitæ prædicaſſet Deum &c.* Minime ita deſcribitur ſtatus innocentiæ ſecundum indolem ſtatus noſtri poſt lapſum. Quis hoc cordatiorum faciet Theologorum? Deſcribitur ſecundum præſcriptum divinum, in quo *cultum divinum publicum a DEO inſtitutum eſſe, nullum debet eſſe dubium*, ut ſolide e Textu ſacro effert B. Seb. Schmidius (o) Fortaſſis tamen ſuppetias huic primo fert id, quod (2) ſequitur, *non fuiſſe ſtatum innocentiæ veræ, ſi homines Deum non omni tempore, omni loco, ex toto & ſincero corde coluiſſent.* Recte. Sed cultum internum privatumque, ab externo atque publico h. l. diſtinguendum eſſe, cui non pateſcat ad oculum? Si ullibi hominem integrum absque interno & privato DEI cultu inveniri potuiſſe adſtrueret aliquis, ex integro redderet non integrum. Qui *imago DEI erat viva*, loquor cum Dno. Diſſentiente, *non poterat non perpetuo plenus eſſe laudis & gloriæ divinæ.* At quid hoc ad cultum externum publicum ac ſolemnem? Quem depoſcere ſibi ab homine integro cur non poterat DEUS? Et vi dictorum depopoſcit. (p) Obſtat (3) quod adiicitur, *Sabbathum datum eſſe, ut corpus laboribus depreſſum quiete reficeretur, & ſervorum quoque labores relaxarentur. Aſt quis crediderit in ſtatu innocentiæ hominem tot laboribus occupatum fuiſſe, quibus ob neceſſitatem hodie eſt?* Neque iisdem *oneratus fuit ad debilitationem usque corporis.* Agnoſco. Sufficit interim, habuiſſe ipſum labores & negotia ſua, per quæ externus & ſolennis cultus certe non poterat eſſe continuus. Labor, cui vacabat, non moleſtus erat, non debilitans. Nequaquam ergo ipſi quieſcendum fuit, ut reficeretur; quem finem nec prima inſtitutio ediſſerit; quieſcendum fuit, ut totum ſe uniceque traderet hac die cultui ſolenni. Nihil hic abſoni. Si DEUS ipſe, qui Auguſtino docente (q) *nec cum creavit defeſſus, nec cum quievit, refectus eſt, tamen dicitur quieviſſe, quomodo non dicantur primi parentes quieviſſe ab aliquo labore?* Semoveantur ſaltim, quæ poſt lapſum acceſſere, ut in labore moleſtia, in quiete refectio, reliqua cum innocentiæ ſtatu ſtabunt optime.

(o) in Comm. ad noſtr. Geneſ. loc. n. 5.

(p) Conf. quæ de continuat. cultus numerica & ſpecifica egregie diſſerit B. Quenſt. citat. Diatr. Sect. I. §. 20.

(q) Lib. IV. in Geneſ. c. XIV.

§. IIX.

§. IIX.

Qvæ de Sabbathi lege e Moſis verbis non derivanda inſperguntur poſtmodum pag. 15. n. 49. ſupra, puto, expedita eſſe. Quibus an addi valide B. Ioh. Adami Oſiandri (r) queat obſervatio de voce לעשות, in qua itidem argumentum pro inſtitutione Sabbathi Theologus Beatiſſimus, ratione non una motus, commonſtrat, id vero nunc adeo non ſcrutabor, qui ad figuram potius feſtino, quam ſanctificationis rationem putat eſſe Dn. Diſſentiens. Mens huc tendit, ideo, quia Sabbathismi magni & quietis reſtaurandæ populo DEI figura debuerit eſſe dies ſeptimus, benedixiſſe eidem ipſumque ſanctificaſſe Deum. Quod ſi Moſes ita referret, fortius tangerer. Dabo tamen, uti non dari non poteſt, in Sabbathiſmo magno Antitypum occurrere, cuius typus quies exiſtat Sabbathica, ergone ſequitur: Hoc unum & princeps eſſe pondus, ad quod in ſanctificatione Deum reſpexiſſe dicendum ſit? Haud crediderim, quamdiu certum eſt, unius rei poſſe eſſe plures fines. Non tam meis, quam, uti hactenus conſtanter fere ſolitus ſum, Celeberrimi cuiusdam Theologi verbis rem ſum elocuturus. Beat. Dorſchæum volo (o quantum Virum!) (s) Is Capitis ad Hebræos IVti argumentum propoſiturus, admittit promtus, *Deum in die ſeptimo abſolutam conſummatamque beatitudinis quietem, hoc eſt, Sabbathum æternum non tantum adumbraſſe, ſed & promiſiſſe. Præmittit tamen, quod, cum ab omni opere ſuo eo ipſo quieviſſet, ad eandem quietem hominibus ipſum ſanctificaverit.* Hoc Moſes docet, illud Apoſtolus evolvit. Unum non tollit alterum. Sicut minus dextre inferret, qui aſſerere non vereretur: Homo creatus eſt, ut olim vivat in cœlis. Ergo creatus non eſt, ut pertempus vivat in mundo. Inque eo verſatur cardo eminentis illius, cui non parum confidit Dn. Diſſentiens, argumenti. Quo, ceu decebat, vel tribus ſoluto, quid prolixus, quem immiſcet, diſcurſus de ſeptimo millenario, deque ſeptenario etiam numero, ad nos oppugnandos conferre queat, in aprico non eſt. Hebræorum equidem

(r) Syſtem. P. V. p. 389.

(s) apud B. Calov. in Bibl. illuſtr. l. c.

dem ſententia de exantlatis per ſex priora millenaria laboribus, & manifeſtando poſtea magno Sabbathiſmo, non deſtituta plane fuit ſuis amaſiis, ſive ad quosdam ſanctorum Patrum, ſive etiam alios nonnullos Doctores oculum flectas, at ſolida absque Baſi, veluti graviter monet B. Varenius (t). Deduxitque hic apud nos non ita pridem Vir admodum Reverendus ac Præcellens (u) totum illud, quod de ſex mundi millenariis continet Eliana traditio, & quam inanibus nitatur fundamentis rite demonſtravit. Vindicavit inſuper loca Pſ. XC. 4. & 2 Petr. III. 8. nec non ipſius c. IV. Hebr. ac pro millenario ſeptimo quod nequaquam faciant erudite oſtendit. Ad quem ablegaſſe iam quidem ſufficiet. Septenarius autem numerus, eſto, perfectionis elogio exſplendeſcat; quemadmodum Philo (x) eum maxime admiratur, *ut neſciat, an ſatis laudari queat.* Præſtantiorem enim putat, quam ut ulla poſſit exprimi facundia. E Patribus Hieronymus locum *ſeptimum ſecretiorem* vocat. Et Beda, Doctor Venerabilis, *Diaconos fuiſſe ſeptem*, ſcribit, *non ſine ſeptenarii numeri myſterio.* In ipſo S. Codice veſtigia ſe offerunt cuiusdam excellentiæ ſeptenario tribuendæ. Referri huc ſolent *ſeptem agni Abrahami* Geneſ. XXI. v. 28. *ſeptem lucernæ Moſis* Exod. XXV. v. 37. *ſeptem Buccinæ Ioſuæ* cap. VI. v. 4. *ſeptem candelabra, ſeptem ſtellæ, ſeptem lampades igneæ, ſeptem cornua &c.* omnia in Apocalypſi reperiunda. *Nimis crebra illius numeri mentio fit in ſacro Codice, quam ut a Theologo negligatur, quinimo ſedulo expendi non dignus iudicetur. Nec ſæpe tantum eundem memorat Spiritus Sanctus, verum & ratione ita ſingulari atque emphatica, ut, quæ toties repetiti ſeptenarii genuina ratio ſit, atque unde ortum trahat, & quid potiſſimum ſignificet, accurata indagandum videatur inquiſitione.* Iſta expromit Franckeranus Profeſſor Theologus, D. Ioh. van der Waeyen in Sermone Academico, quem de numero ſeptenario ſolenniter recitavit. (y) Non nego hoc; quamvis diſſimulare inſimul nequeam, complura multorum meditata meras ſæpe incertitudines ſecum vehere, qualia annon & in iis ſint obvia, quæ ex d' Eſpagne ſcrtptis ſatis ample ſunt excerpta, curioſioribus

(t) In Exegeſ. A. C. p. 196.

(u) Dn. M. Reineccius, SS. Th. Baccalaur. Fautor plurimum honorandus in gemina de Traditione Eliana Diſſertatione.

(x) Affert e L. de Mund. Opif. B. Dietericus Antiqu. Bibl. V. T. f. 719. ubi & plura alia afferuntur.

(y) Factum eſt An. 1695. cum iterato Rector Academiæ renunciaretur.

ſioribus horum Scrntatoribus conſiderandum relinquo. Tranſeant modo. Idcircone vero victas dare manus tenear, & affirmare, diem ſeptimum primum, (ſubſit etiam propterea myſterium quoddam aliud) non eſſe per ſanctificationem deſtinatum ad cultum publicum & ſolennem? Vix opinor, iſtud a me exſpectari poſſe.

## §. IX.

Sed nondum deſinit Dn. Diſſentiens contra palmarium noſtrum argumentum agere, de quo ipſe convictus eſt, & meminit, robur a parte noſtra eidem ineſſe ſummum. Hinc pag. 19. num. 65. ita pergit: Tandem, ut omnis vis argumentandi auferatur adverſæ parti, nunc ita concludo: *Si Geneſ. II. fuit inſtitutum Sabbathum, ſequitur, quod nullo modo potuerit tolli ab Eccleſia Novi Teſtamenti: Quicquid enim ſtatim a mundo condito hominibus iniunctum, hoc morale eſt, & omnes homines obligat, atque ſic mutationi non eſt obnoxium; iam vero poſterius, ſcil. ab Eccleſiis noſtris non potuiſſe loco Sabbathi ſubſtitui Diem Dominicum, non concedent Diſſentientes, ergo prius erit falſum*, ſcil. *Deum ibi Sabbathum inſtituiſſe.* Fateor, ſi ullum, hoc aliquid in receſſu habere videri argumentum. Sed videri. In diei enim ſeptimi enucleatione ſita eſt perquam prona deciſio. Nempe vel definite ille ſumitur, vel indefinite. Si definite; Diem notat præciſe eum, qui Dominicum noſtrum antecedit. Non item, ſi indefinite. Tum namque ſufficit, modo e ſeptem aliquis, ſex Dies laboris ſubſequens, dicatus agnoſcatur quieti atque ſacro cultui. Et hac poſteriori ratione divinum de die ſeptimo ſanctificando inſtitutum, præcipue ſi citra ſpecialem Sabbathi Iudaici ordinationem, dein ſubſecutam, ſpectes, conſiderandum eſſe, cum Viris non infimæ notæ ut perſuaſum mihi habeam, cauſa una alterave me adducit. Non provocabo ad eloquium, quod adhibere voluit in repetitione aliquoties commemorata, Exod XX. v. 8. ſeqq. Legislator Summus. Utut illic verba ſatis indefinite ſonent: *Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum. Dies vero ſeptimus Sabbathum e-*

*Iehovæ DEO tuo.* Neque, quæ dein adduntur, *de Septiduo Creationis* & *Septimo Quietis Die*, tam ſint, ut putant aliqui, determinatio quædam, quam Ordinationis repetitæ ratio. Ne tamen, ſumi hæc, excipere queant Adverſarii (quamvis non videam, quo fundamento nixi iſthanc Exceptionem cum ſoliditate opponere poſſint) ſuo iam illud loco poſitum ſum relicturus. Potius ad ea me convertam, quæ erudite contra Iudæos diſputat Celeberrimus Dn. Wagenſeilius (z) in hac ipſa de mutato Sabbatho materia. O quam pro mea, quam defendo, Sententia eximie militant! Dicit primum idem fere, quod iam dictum eſt ex communi Theologorum ore, *hoc quidem humano generi præceptum ac imperatum eſſe, ut in memoriam creati intra Hexaëmeron huius univerſi ſemper poſt ſex profeſtos Dies ſeptimus feſtus agatur; At unde Computationis huius initium faciendum ſit, id nullis legibus ita circumſcriptum eſſe, ut non arbitrii libertate aliquid liceat. Hoc eſt, uti communiter loquuntur, Præceptum de colendo Sabbatho morale eſſe & omnes homines obligare, circumſtantiam Diei ſeptimi* (definite ſumti) *ceremonialem eſſe & ſolos obſtringere Iudæos.* Sed dum animadvertit, per hæc aſſerta Iudæis ſurdis fabulam narrari, pergit poſtea ita diſſerere: Ante omnia urgendos eſſe Iudæos, ut liquido oſtendant nobis, hunc diem, quem ipſi pro Sabbatho colunt, eſſe vere ſeptimum orbis creati diem, quo Deus initio rerum quievit, per innumerabiles vices recurrentem. *Sive enim*, inquit, *ceu maiori parti Magiſtrorum viſum eſt, nonniſi in Mara deſerto de Sabbatho feſto habendo lex lata fuit, ſive, quod nobis tanquam veroſimilius placuit, ibi loci poſt diutinam in Ægypto intermiſſionem, ceremonia iſta poſtliminio in uſum revocata & aucta eſt, quo quæſo argumento probabitur, illud Sabathum, quod primum inter Iudæos coli cœpit, primævo Sabbatho in Septenarii calculo exacte reſpondere?* Nimis prolixa forent, ſi huc transferre auſim, quæ habet, omnia. Digna tamen reputo, quibus ponderandis ſuum ſtudium commodet benevolus Lector. Ipſæ Traditiones Iudæorum varia continent ad hoc omne dilucidius pernoſcendum facientia; utpote vi quarum in deſertam Inſulam delatus

(z) in Confutat. carminis Lipmanniani p. 565. ſeqq.

tus homo Iudæus templum condere, aras erigere, & hoſtias offerre prohibetur, non prohibetur autem Sabbathum ſibi proprium & peculiare facere, etſi verum computum ignoret, quod ſane nefas eſſet, ſi circumſtantiæ diei ſeptimi innexa & implicita crederetur religio. Nonnullas exhibet Dn. Wagenſeilius, (aa) (aa) vid. l. c. quas, cui fuerit viſum; non absque fructu in conſilium vocabit, p. 567. ſeqq. & illud confici inde intelliget, *ſaltem non alligaſſe Deum τῇ φύσει Σαββάτῳ, ceu Epiphanius vocat, ſuum cultum, ut verbi cauſa alligatæ fuerunt templo Hieroſolymitano ſacræ Ceremoniæ.* Præterea (bb) l. c. p. τὸ ἀδυνατόν τι comtemplari jubet (bb), in quo pariter exponen- 570. do laborioſum ſe quoque comprobavit, cum Wittebergæ adhuc Profeſſor Theologus eſſet, Magnificus Dn D. Meyerus. (cc) (cc) in Eclog. Fluit ex eo, quod ſidera omnibus terrarum plagis uno tempore Evangel. conſpicienda ſe haud præbeant. Unde *liquido conſequitur, non* dom. XVII. *poſſe alias gentes cum Iudæis Palæſtinis in celebratione Sabbathi quoad* p. Trin. *temporum momenta concurrere, ſed quod omnibus tardius, & qui-* Quæſt. I. *busdam nonniſi poſt univerſarum horarum XXIV. hoc eſt integri diei civilis intervallum, atque ſic alio prorſus die illud auſpicari neceſſitas imponatur.* Clariorem rem reddunt, quæ de Navigationibus indicis leguntur ſcripta, in quibus evenire poteſt, ut duarum navium, quæ per vias diverſas ſibique mutuo oppoſitas, orbem circumnavigarunt, in eodem loco appulſu, tres plane diverſi dies numerentur: Rurſus non alio ex capite, niſi citius aut tardius orientis & occidentis Solis. Imo aliquid pene incredibile a recentioribus obſervatum fertur, in una eademque regione, locisque penitus conterminis, ſed in partes tamen ſuas ſecatis, illud contingere poſſe, ut unus præ altero alio atque alio die fruatur, ita ut neceſſe ſit, ut Sol Oriens eodem tempore hic Diem Dominicam efficiat, dum ibi adhuc eſt Sabbathum. *Quid in iſta Inſula Iudæus facto opus eſt, ſi illo deferantur?* quærit Dn. Wagenſeilius, cumque eo Dn. D. Meyerus. *Aut quid cœptabunt Incolæ, a Meſſia ipſorum ſubiugati, legique Moſaicæ obſequium præſtare compulſi? Reſpondeant, ſi Viri ſunt, & ſe extricent ex illa difficultate, qua conſtrictos eos tenemus, & vel ſaltem nodum de integræ diei ex*

 *lon-*

*longinquo maritimo itinere defectu vel ſuperfluitate ſolvant, atque ita cum illa, quam vulgo urgent, Sabbathum colendi ratione concilient. Profecto effugii nil ſupereſt, & cogit ratio Iudæos fateri,* τὸ φύσει Σάββατον *non poſſe ultra Palæſtinam ſeſe vere porrigere. Quod ubi ſemel admiſerint, porro non admodum in eo laborabunt, ut amplius concedant, poſſe in mundo cauſas eſſe, ob quas cultum Sabbaticum e die in diem transferre liceat, ſervata interim ſeptenarii dierum periodica proportione.* Quod ipſum & mihi hactenus fuit demonſtrandum.

§. X.

Haut igitur, quanquam id arbitretur Nobiliſſimus adverſariæ Diſſertationis Dn. Autor, palmario noſtræ partis argumento per oppoſita ita ſatisfactum eſt, ut cedere cogamus. Sunt manentque omnino Inſtitutionis Dominicæ verba, quæ de Sabbatho habentur Geneſ. II. v. 2. 3. Ad reliqua ergo pergimus, quæ Noſtris tribuit, & primo rite firmato ſuum etiam, quantus ipſis arrogatur, valorem obtinent. Quicquid putet Spencerus, (dd cuius a dextra lubens pugnat Dn. Diſſentiens, *debellatis ducibus argumenta minoris notæ, prout Philiſtæos proſtrato Duce ſuo, ſtatim avolatura.* Debellari Dux nondum potuit, hinc ut avolent reliqua, non videtur neceſſe eſſe. *De Patriarchis* proin nunc agit, de quibus *non probabile eſt, quod per tanta temporum ſpatia, ſcilicet ultra bis mille annos nulla habuerint ſtata tempora, quibus DEI beneficiorum in creatione cœli & terræ recordati fuiſſent, aut DEO cultum publicum exhibuiſſent, aut in quibus reſpirationem a laboribus permiſiſſent ſervis, ancillis ac iumentis ſuis. Conſentaneum itaque rationi eſt, quod Sabbathum ipſi quoque obſervaverint.* Reſpondet vero, *ſupponere Diſſentientes, ſi non certus Dies cultui publico deſtinatus eſſet, ſtatim omnem cultum periturum fuiſſe.* Quod *oppido falſum* dicit. Nolim ego id ita affirmare ſimpliciter; inprimis cum proclives ad vitia ſint homines: niſi in publico per admonitiones, per exempla, aliaque, avocarentur cultu, quorſum putas tandem prolapſuros eſſe? Spectentur greges, ubi publice eheu!

(dd) de Leg. Hebr. rit. cap. IV. Sect. X.

ce eheu! non ſemper præſunt illa cum fidelitate, qua decebat, quibus cura incumbit, diſces ex Succeſſoribus, animarum potiorem habentibus rationem, quales adinvenerint Auditores. Haud tamen ut præſuppoſitum, cui reliquum omne ſit unice ſuperſtructum, urgere Idem velim; neque iſtius me participem facere *erroris*, quem *communem* pronunciat Dn. Diſſentiens & a quo *argumentum* de Patriarchis *provenire* ait, *quaſi nullus DEO cultus gratus eſſet, niſi qui fieret convocatis hominibus, certô loco & tempore.* Nemo quidem, quantum ſcio, hoc adſtruxerit. Optime conſtat, preces etiam in ſecreto fuſas, publicam expectare poſſe & debere abs Patre in cœlis compenſationem, Matth. VI. v. 6. Sed delectatur tamen & publico Deus cultu, promiſitque iam olim, ſe in loco, in quo iuſſurus ſit celebrari memoriam nominis ſui, præſentiam ſuam communicaturum & benedictionem impertiturum; extant verba Exod. XX. v. 24. Nequaquam ergo fas videtur eſſe, ut hæc duo ſibi invicem opponantur. Quod vero de Patriarchis ſe perſuaſum eſſe ſcribit Dn. Diſſentiens, eos *non uno die, ſed omnibus diebus Deum ſincere voluiſſe, victimasque DEO obtuliſſe, non certis temporibus, ſed libere, quovis tempore, pro inſtinctu amoris divini, quo repleta eorum corda erant;* non tantum ex allatis modo, ſed & iis, quæ de primis hominibus in ſtatu innocentiæ ſupra aſſerta ſunt, uti autumo, multum enervatur. Eſtque non obſcurum *ſolennis & publici cultus*, teſtimonium, quod in Patriarchali Hiſtoria edicit Moſes Geneſ. IV. v. 26. *Tunc cœptum eſt invocare nomen Domini.* Qui loquendi modus *ſolennem introductionem exercitii publici invocationis DEI & totius cultus divini infert*, ut in dubiis ſuis vexatis decidit B. noſter Pfeifferus (ee) Et ſunt, qui ita interpretantur, applaudente quoque συναφεία Textus: *Tunc cœperunt publicos reſtituere conventus per violentas perſecutiones Cainitarum ad tempus impeditas, in quibus nomen DEI prædicabant.* (ff) Certe Patriarchas non neglexiſſe publici cultus inſtrumenta ex Geneſ. XII. v. 8. vel Abrahami exemplo patet. Quid publicum ipſum neglexiſſe cultum, quem a DEO fuiſſe poſtulatum argumentum princeps evicit, ſtatuamus? *Septimum* autem *diem*

(ee) Loc. XVII. p. 51.

(ff) Conf. Dn D. Stempel. Diſcurſ. de Sabb. Th. II. n. 6. addantur ii, quos allegat Dn. D. Pfeifferus l. c.

non parvi habitum ab iisdem eſſe, ex Noæ facto comparet, ſeptiduum attendentis in emiſſione columbarum ex arca Geneſ. IIX. v. 10. 12. Deusque ipſe haud fruſtra quibusdam cenſetur mandatum de ingreſſu in arcam *die ſeptimo* dediſſe, qui anteceſſit inundationis initium Geneſ. VII. v. 1. 4. Quid? quod *finis dierum* commode *de fine ſeptimanæ*, adeoque *ſeptimo die* intelligi poſſit, quo Cain & Abel obtuliſſe ſacrificium leguntur Geneſ. IV. v. 3. De cetero memoria Creationis non ſola Sabbathi cauſa, ſed cultus præcipue publicus fuit. Et poteſt idem de fidelibus ſub Sabbathi lege, (quam nos repetitam, noviterque inculcatam dicimus, Dn. vero Diſſentiens pro primum inſtituta habet,) affirmari, quod ille de Patriarchis putat. Nam & apud illos non deerant beneficia, quibus creationis, &, quæ penes eos addita fuit, eductionis ex Ægypto (Deut. V. v. 19.) memoria quotidie renovabatur: ergo non opus erat Sabbatho? Neque Tyrannos crediderim omnes in Iſraele heros fuiſſe, ut a privata quotidiana devotione avocarint ſervos. Sabbathi nihilominus obſervatio his, Deo iubente, incumbebat. Quid impedit, quo minus de Patriarchis idem admittamus? Silentium, cuius porro mentio iniicitur, tam univerſale non eſt, ut obiicitur. Veſtigia ſane quædam in contrarium ſuggeſta iam iam ſunt. At poſito, quanquam non conceſſo, demonſtrabilia ea affatim non eſſe; in re hiſtorica, quale argumentum a ſilentio petitum? *In fidei* quidem *dogmatibus*, verbis iterum utor Theologi ſæpius, ac merito quidem, cum elogio commemorati, (gg) *& negative & affirmative ex Scriptura Sacra, ad quam in illis ipſis ſumus unice alligati, recte argumentamur; quod enim Scriptura in his aſſerit, id pie credendum & aſſerendum; & quod Scriptura circa eadem non aſſerit, id neque nobis aſſerendum. Sed non æque valet in aliis extra fidei articulos materiis e. g. hiſtoricis, politicis, naturalibus &c. De quo enim hic tacet Scriptura, hoc non ſtatim tacendo negat.* (hh) *Patriarchas multa adhuc alia feciſſe, de quibus nihil literis* θεόπνευστος *Scriptura conſignaverit, quis negaverit?* Haud quicquam ergo ſilentii exceptione hic me moveri confiteor. *Non opus eſt exemplo. Pietas Patriar-*

(gg) Eſt B. Quenſted. Diatrib. cit. Sect. II. §. 23.

(hh) conf. B. Meiſn. Tract. de Prophet. Sect. III. §. 5. p. 50. ſeqq.

*triarcharum ſuadet, illos non receſſiſſe a divina inſtitutione.* Eleganter Rivetus (ii) Quod ſupereſt, legem in inſtitutione prima invenimus. Huius obſervantes Patriarchas extitiſſe, & non ſolum ex libera voluntate, ſed ipſius DEI nutu ſeptimum diem ſibi habuiſſe commendatum, quid amplius auſim ceſpitare? Nullibi apparere, ſanctos Patriarchos fuiſſe obſtrictos ad Sabbathi obſervationem, ipſe Menaſſe Ben Iſrael non agnoſcit. (kk)

(ii) Explic. decalog. T. 1. Opp. fol. 230.

(kk) de Creat. probl. VIII.

## §. XI.

De *iniunctione Sabbathi*, quà ad *Iudæos* pertinet, hinc incipit Tractatio. Argumentum producitur tale: *Cum Moſes diei Sabbathi obſervationem iniunxerit Iudæis in memoriam creationis & quietis divinæ, videtur exinde colligi poſſe, quod idem dies iam a temporibus creationis fuerit obſervatus.* Ad quod regeritur, *plane illud non ſtringere.* Haud forte repugnarem per omnia, ſi ita ſaltim, ut a Dn. Diſſentiente fit, formanda eſſet Concluſio: *Moſes in memoriam Creationis factæ iubet ſervari Sabbathum, ergo hoc iam ante obſervatum.* Quanquam nec tum tamen deeſſent, quæ excipere liceret. At enim, quousque mihi cogniti ſunt, qui ad mandatum, ut Iudæis noviter propoſitum eſt, pro Sabbathi prima origine argumentaturi, reſpiciunt, hoc modo potiſſimum inferre ſolent: Vult Moſes in eodem, ut ad iſta retroceat populus, quæ conſummata creatione contigerunt, ubi *benedixit Deus diei ſeptimo, eundemque ſanctificavit*, eam absque dubio ob cauſam, quod iam tum facta ſit prima inſtitutio, quæ nunc renovetur, ac ulterius inculcetur. Quo pacto in antecedentibus & ego argumentandi hanc rationem attuli. Cuius quidem nexus, quæ ſit ſtringendi præditus facultate, eorum iudicio ſubmitto lubens, qui absque præiudicio rem ſecum penſitant. (ll) A coniunctione autem cultus idolorum & Sabbathi violationis in invectivis divinis, ad inſtitutionis Sabbathicæ fundamentum, collectio perinde vix ſuccedit, uti nec ex præceptis, fugam idolorum & Sabbathi obſervationem combinantibus, idem fluit. Contra primum peccat præceptum, qui colit idola; contra tertium, qui in Sabba-

(ll) Lege interim Ioſephum antiqu. Iud. 2. 1. c. 2. & conſidera inprimis verba: ὅθαν καὶ ἡμᾶς quamobrem & nos f. 4.

thum

thum eſt iniurius; quemadmodum primi obſeqvio ſe ſubiicit, qui idola fugit, tertii, qui non negligit Sabbatha. Unde diſtincta vides vitia, diſtinctas virtutes, diſtinctam quoque ſuam ſeaturiginem agnoſcentes; Utut unum vitium alterum ſæpe comitari & adaugere, ſic & una virtus ad alterius incrementa non raro haut parum conferre poſſit. Quod ex combinatione tandem ſi eliciatur, per me fiat. Plura ſequi non puto. Nihilominus tantum largiar, cum inter Ægyptios degerent Iſraelitæ, Sabbathi obſervationem eam ſemper non fuiſſe, qualis requirebatur, & fortaſſis propter varia impedimenta, ab infenſo Rege & populo ortum trahentia, non continuam, imo tandem interruptam. Addam etiam, non manſiſſe Iſraelitas liberos, plane ab idololatria, ſed varie ſe hic conſpurcaſſe, ceu patet ex Levit. XVII. & Ioſ. XXIV. v. 14. Non dubitaverim inſuper, prognatam hinc occaſionem, in primo præcepto multa dicendi contra idololatriam, & in tertio cum emphaſi agendi de debito, quod deſiderabat Sabbathum. At id omne, quid contra nos? quid contra aſſertum de inſtitutione Sabbathi in ipſo Paradiſo?

§. XII.

Si non aliud? ais; hoc erit contra Vos, quod iactitetis, *Moſen de Sabbatho, tanquam re certa & iam nota loqui ad Populum* Exod. XVI. v. 23. In quo Textum ſane non habebitis conſentientem. Cur vero? Non enim dicit Moſes, *Cras Eſt Sabbathum* ſed: ***Cras ERIT Sabbathum.*** Sicque, quod hactenus nondum notum erat, notum nunc facere volebat. Et poſtquam hoc factum, altero die dicit, ***Sabbathum hodie eſt Iehovæ***, ut idem denuo inculcet populo. Eleganter ita dicuntur, modo æque probarentur. Ad Hebræum ablegat Codicem Dn. Autor adverſariæ Diſſertationis. In eo verba ita habent: הוּא אֲשֶׁר דִּבֶּר יְהוָה שַׁבָּתוֹן שַׁבַּת קֹדֶשׁ לַיהוָה מָחָר Audiatur verſio Ariæ Montani: *Hoc, quod locutus eſt Dominus: Requies Sabbathi ſanctitatis Domino cras.* Elliptica hic locutio eſt, & expreſſa nulla, quæ futurum innuat. Uti nec in propoſitione al-

ne altera vox ulla eſt, quæ expreſſe præſens nominet: שַׁבַּת הַיּוֹם לַיהוָה *Sabbathum hodie Domino.* Eſto interim, per futurum explicari debere propoſitionem primam,(velut non negamus, ſic explicaſſe B. Seb. Schmidium, ) etiam de re nota in futuro loqui Spiritum S. præcipue cum debito quodam ſi ſit coniuncta, non omnino inuſitatum eſt. *De labiis Sacerdotis* Malachias; יִשְׁמְרוּ *cuſtodient* ſcientiam, h. e. cuſtodire debent. Quid obſtat, quo minus de Sabbatho effatum ita enunciemus: Cras erit i. e. cras eſſe debet? Et de re plane nondum nota,nec alibi fundata,ſi agere hic Moſen aſſerendum eſſet, neſcio, an confeſtim ex ſola appellatione, quam Moſes adhibet, populus myſterium totum fuiſſet percepturus? Ut alia taceam,de quibus conferri poterant Dn. D. Joſua Schwartz (mm) & B. Antonius Reiſerus (nn) Quod ſi tamen ignorantia quædam agnoſcenda foret in Iſraelitis; talis foret, quæ non pugnaret contra primævam inſtitutionem, & penes plebem maxime orta adſtrueretur ex neglecta hactenus Sabbathi obſervatione, pro qua agit pluribus in Explicatione Decalogi Rivetus. (oo)

(mm) cit. Tract. p. 53.
(nn) cit. libell. p. 59. ſq.
(oo) T. 1. Opp. fol. 1325.

## §. XIII.

Reſtat præter *memoriam Creationis*, quæ abſque Sabbatho retineri non potuerit, ponderatio eius, quod ex Hiſtoriis *de Gentibus* conſtat; his nempe *diem* quoque *ſeptimum* fuiſſe *ſacrum*, luculento fere indicio, a communibus Mundi Parentibus ad eorum poſteros notitiam illius rei dimanaſſe. Cui utrique argumento obviam it Dnus Autor Diſſertationis adverſariæ p. 21. ſeqq. At vero de *memoria Creationis* non ita multo ante monitum, quid arbitrer ſentiendum eſſe. Haud unquam illa omitti debuit (ſicut & *Jobus* & *David*, quisque ſuo tempore, libenter eam recoluerunt; ille Cap. X, v. 9. ſeqq. hic Pſalm CXXXIX v. 14.) Nec Patriarchis quis imputaverit, ex animo eos ſuo iſtam facile dimittere voluiſſe, abſit, dimiſiſſe. Sed tamen ad imprimendum magis ac ſtabiliendum, quod in mente de Creatore ac Creatoris beneficio gerebant, apud Patriarchas ipſos, maxime vero apud eos, qui de ſucceſſione & familiis erant, publicam diei certi celebrationem inſervire potu-

iſſe, ac inſerviiſſe reapſe, per repoſita, quantum ego iudicare poſſum, non eliditur. Huc autem præſertim recidit id, de quo Diſputatio eſt. *Gentes* quod concernit, ex Hebræorum etiam ſcriptis teſtimonia non deficiunt, Sabbathi quandam notitiam iisdem aſſignantia. *An unquam audiviſti de populo aliquo, qui de hebdomada diſſentiat, cuius principium ſit in die primo & finis in Sabbatho?* Hæc in *Coſri* legere eſt, cuius Autor Buxtorffio putatur R. Jehuda Levita Hiſpanus. Et rurſum: *Poſt ſex dies Creationis Adam incepit dies vocare nomine ſuo; & poſtquam deinceps terra repleta fuiſſet incolis & multiplicata, numerare perrexerunt dies, prout Adam conſtituerat. Unde nulla eſt inter homines Diſſenſio de diebus ſeptimanæ* (pp) Sileo Philonem, de Vita Moſis (qq) qui quærit tandem: *Quis ſacrum illum diem per ſingulas hebdomadas occurrentem non honorat?* Alios que (rr) Quos inter Clemens Alexandrinus, qui, *ſeptimum*, ait, *diem ſacrum eſſe, non ſolum ſciunt Hebræi, verum etiam Græci, per quem univerſus mundus circumagitur eorum, quæ viva gignuntur, & omnium, quæ producuntur a natura.* (ss) A quo quidem aſſerto neque penitus alienum deprehendo Dn. Diſſentientem. Inſpergit tantummodo, præter alia, *hoc potuiſſe accipere gentes ab Hebræis, quorum mores non raro imitatæ ſint.* Quod nec omnino diffitebuntur, qui in antiquitate gentili ſe Sabbathi invenire monumenta affirmant. Concedunt, collecta ea forte quoque eſſe poſſe ex κακοδηλία Judæorum; ſed vero tamen non abſimile videri prorſus, *a reliquiis quibusdam inſtitutionis, iam fere obliteratæ, proveniſſe* etiam, *quæ ab initio mundi omnibus communiter innotuerit.* Quæ B. noſtri Kromayeri eſt ſententia; (tt) Dum utrumque quaſi principium coniungit B. Quenſtedius (uu). Riveti interim verba non inepte fluunt: *Id certe mirum videtur, ab omni ævo omnes nationes hanc ſeptem dierum revolutionem agnoviſſe, quæ vix originem aliam habere potuit aliunde, quam ab inveterata opinione, quod ſex diebus mundus creatus fuiſſet, & ſeptimo die ceſſatum ab opere; Unde vero ſimillimum eſt, poſt hanc primam hebdomadem ſequentem ita fuiſſe numeratam, & reliquas deinceps, quod apud omnes nationes obtinuit.* (xx) Ad oculos inde patet, non neceſſitatem aliquam, ſed probabilitatem ſaltem hic urgeri,

(pp) vid. B. Geier. Comm. in Dan. C. IX. v. 24. p. 728. refert etiam ex eod. B. Quendſt. cit. ſæpius loc. Sect. III § 4.

(qq) L. II.

(rr) affert nonnull. B. Kromayer. Comm. in Epiſt. ad Galat. p. 298.

(ss) Stromat. L. V. f. 600.

(tt) Theol. Poſit. Pol. P. I. Art. 13. Th. 8. p. 744.

(uu) l. c. Sect. II. §. 15.

(xx) Explic. Dec. f. 1321.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0046-4

ri, quæ etiam a Riveto ulterius ita deducitur, ut tandem concludat ſatis prone: *Unde quæſo potuit eſſe hæc ſeptem Dierum* INTER OMNES *Diſtinctio, quam veteres agnoſcunt inter Gentes fuiſſe uſurpatam, niſi ex veteri aliquo more, cuius origo ab ipſa diſtinctione, initio a DEO facta, repetenda eſt?* (yy) Plus haut quisquam hoc in argumento deſiderat, niſi ut veriſimilitudo quædam eaque non ſimpliciter reſpuenda, inde inferatur, quam etiam in ſecundariis obtinuiſſe ſuffecerit. Quæ ex Joh. Seldeno, Viro Celeberrimo, laudantur, de iis, ut & Meurſiii, Rudolphi Hoſpiniani, Gomari &c. dictis ita B. Quenſtedius: *Non congruere* horum explicationes *autorum ſenſis, & refelli* a non uno, qui contrarium monſtret; *a Philone, Joſepho, Theophilo Antiocheno* atque *Tertulliano*. Quorum loca ut allegantur, ita facili negotio poſſunt conſuli. Mearum modo duxi partium eſſe, breviter id his ſubnectere.

(yy) pag. ſq. add. Herm. Witſii Ægyptiac. L. 3. C. 9. ubi de ſeptenrio dierum cyclo, unde ortum habeat, eleganter diſſerit. p. 241. (zz.)

§. XIV.

Atque hæc hactenus, ut vindicarem communem noſtram ſententiam, in medium fuerunt proferenda. Multum, fateor, laboravit Dn. Diſſentiens pro deſtruenda illa, neque omiſit facile eorum quicquam, unde pro ſe aliquid ſubſidii ſperare ſe poſſe credebat. Sed dum, qua licuit per vires meas, ſcrutatus ſum oppoſitorum vim, in dogmate recepto me confirmatum magis eſſe, nequeo non profiteri, nullusque dubito, quin aliis quoque ſit conſpicuum, repoſita avocare ab eodem, ut primum, re nondum ſatis examinata, aliquibus apparebat forte, nos non potuiſſe. Finio penſum hoc verbis Chryſoſtomi, (aaa) quem, quo jure ſibi adſtipulantem allegarit Dn. Diſſentiens, ſuo loco videbimus: *Et benedixit, inquit, Deus diem ſeptimum & ſanctificavit illum: Quid igitur? non erant & ceteri dies benedicti? Etiam profecto, ſed ſufficiebat illis pro omni benedictione, quod in ſingulis illis creaturæ productæ fuerunt. Et ideo de illis non inquit: Et benedixit: In ſolo autem ſeptimo hoc dixit, & appoſuit, & ſanctificavit illum, & ab aliis illum ſegregavit. Deinde docens nos divina ſcriptura cauſam, propter quam dixit: Et ſanctificavit illum: adiicit, eo quod in illo requieverat ab omnibus*

(aaa) Homil. X. in cap. II. Gen

 *operi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0047-0

*operibus ſuis, quæ cœperat Deus facere. Iam hinc ab initio doctrinam hanc nobis inſinuat Deus, erudiens, in circulo hebdomadis diem unum integrum ſegregandum, & reponendum in ſpiritualem operationem. Quippe ob hoc Dominus completo in ſex diebus opificio ſuo, ſeptimum benedictione dignatus eſt, & ſanctificavit, eo quòd in illo quieverat ab omnibus operibus ſuis, quæ facere cœperat.*

§. XV.

Subſiſtit itaque palmarium noſtrum, & eo, quo debent, modo etiam reliqua argumenta. Verum quid ſtatuendum de argumentis, quæ ex Spencero & Gomaro a Dn. Diſſentiente ſunt excerpta? Quæ & id effecerunt, ut, ſi non plane horum, mediam tamen quandam, uti cenſuit, ſententiam ſit amplexus, at & hanc ipſam per reſponſa noſtra remotam. Nolo de Autoribus agere, Gomaro ac Spencero, & quid præ aliis hic potiſſimum præſtiterit, multis eloqui. Factum ab eis eſt, quorum ſcopus, in Autores eorundemque ſcripta cum cura inquirere. Laudant hi *variam* Spenceri *profundamque eruditionem, acerrimumque iudicium.* Quod haud diſſimulaudum erat. (bbb) At eiuscemodi etiam ingeniorum non raro eſt, ſingularia ſectari, quemadmodum eo ipſum eniti omni conatu, ſummus noſter, νῦν ἐν ἁγίοις, Carpzovius (ſed quis iudicare de huiusmodi ſcriptis poterat melius excellentiusque?) annotat, ut evertat omnia, quæ hactenus de lege, de circumciſione, de ſacrificiis & aliis ſimilibus capitibus unanimi conſenſu fuerunt edocta (ccc) Unde & ad argumenta, ſicut adducta ſunt, cuiuscunque ex his ſint ſcriptoris, animo minus perterrito diſcutienda, me accingo.

(bbb) vid. Acta Eruditor. Lipſiæ prodeuntia. A. 1686. Menſ. Mart. p. 113.

(ccc) Tugend-Spr. p. 943.

§. XVI.

Inter ea ſedes primas occupat hoc: *DEUS per Moſen Sabbathum primo expreſſe publicavit, tum, cum Manna daret populo.* E. conſummata creatione inſtitutum non fuit. Ubi monendum venit, non carere omni ambiguitate phraſin, quam adhibet, *expreſſæ publicationis.* Quodſi enim hæc idem vult, ac explicitis verbis enunciare, veluti fit Exod. XVI. v. 23. 25. *Cras erit*, ut Dn. Diſſentiens

Verſio-

Verſionem allegat, *hodie eſt Sabbathum Domini*: laborabit absque dubio Major. Ab hac enim explicita enunciatione, olim perinde non obvia, ad inſtitutionem nullatenus demonſtrandam N. V. C. Qvodſi viciſſim ita accipienda, ut omnimodam inſtitutionem, antea factam, neget; quem ſenſum Dn. Diſſentiens debet intendere, ſi aliquid contra nos concludere diſcupit, non ſuccedit Minor. Nam aliud in antecedentibus evictum eſt. Repetitio autem, aut nova intimatio, quod itidem alibi oſtenſum, priorem introductionem non evertit: Cum & de circumciſione conſtet, illam noviter intimatam eſſe Levit. XII, 3. Eius nihil ominus inſtitutio habetur Gen. XVII, 10. ſeqq. Unde ipſe Salvator inquit, *Moſen dediſſe ipſis* (nempe Iudæis) *Circumciſionem*; addit tamen inſuper, *non quod ex Moſe ſit, ſed ex Patribus* Ioh. VII. 22. Quæ in verba Niſanius (ddd): *Dicitur circumciſio a Moſe tradita* Levit XII, 3. *Quia videlicet tunc denuo confirmabatur, quo ſenſu tota lex etiam per Moſen data eſt v. 19.* Ioh. I, 17. Gal. III, 17. Quibus obſervatis, in ſcripturæ locis, quæ provocatur, nulla difficultas. De Exodi loco ſupra actum. Nehemiæ autem verba aliter afferuntur, ac ſunt in Codice: *Sabbathum* etenim *notum feciſſe Deum*, ſcribitur, QVUM *præcepta ſtatutaque & leges præceperit per Moſen ſervum ſuum*; cum ſic legatur: *Sabbathum ſanctitatis tuæ notum feciſti eis, ET præcepta ET ſtatuta ET legem præcepiſti eis per Moſen* ſervum tuum. Cuius rei non meminiſſem, niſi reſtrictionem quandam ad certum tempus hac ſub allegatione occultari crederem, quæ in Nehemia non reperitur. Cæterum haud ineleganter voces: אֶת־שַׁבַּת קָדְשְׁךָ Ita Vatablus & nonnulli allii vertunt (eee) *Sabbathum tibi dicatum ſive ſanctificatum.* Qua loquendi ratione antecedaneam dedicationem ac ſanctificationem innui, quis ambigat, eloquio forte Spiritus S. non contradicente? Interim illa omnia haud perinde urgebo, cum in eo me acquieſcere poſſe autumem, quod ex Nehemiæ verbis nihil queat colligi, niſi iſtud: Populo Iſraelitico in ſpecie oſtenſum ac noviter inculcatum eſſe Sabbathum per Moſen, quod ut magnum deprædicatur beneficium, Deoque in precibus ad ipſum fuſis ſiſtitur, quo in hoc etiam, in quo nunc erant, ſtatu ipſis pariter ſuam ne-

(ddd) Comment. in h. l. p. 433. add. id. in Cap. I. Ioh. p. 102.

(eee) vid. Pol. Synopſ. in h. l.

denegaret gratiam. Haud inde concidit prima inſtitutio in Paradiſo, aut exiſtentia Sabbathi ante Moſen. Uti haut concidit etiam per illud, quod ſecundo exhibetur loco, cum *ſignum inter Deum & Iſraelitas* vocitatur Sabbathum Ezech. XX. v. 12. Item Exod. XXXI. v. 13. Certe connexio non admodum valida eſt, ubi quis ita arguere non veretur: *Hoc ſignum eſt. E. ante non fuit.* Opponimus *Iridem*, quæ *prima DEI ſignum* dici meruit (eee). De ea Dominus: *Arcum meum dabo in nube, ut ſit in ſignum fœderis inter me & terram*, Geneſ. IX, 13. Nolim nihilominus, quanquam non deſint, quibus perplaceat, ex hac divina ordinatione coniicere, ergo tum demum exiſtere iris cœpit. Solide omnino ex contemplatione eiusdem curatiori contrarium deduxit Celeberrimus Ienenſium Mathematicus, Dn. Hambergerus, in Diſſertatione de *Iride diluvii.* (fff) *Quodſi cauſæ*, (hæc Viri Excellentiſſimi deciſio), *quibus in actu ſecundo, ut loquntur, poſitis, hodie naturali ratione nunquam non ſequitur iris, etiam ante diluvium ſæpiſſime concurrerunt; non dubitamus, idem meteoron etiam tunc fuiſſe viſum, ne aſſerere cogamur, Deum, quoties iſtæ canſæ ita concurrerunt, productionem Iridis per miraculum impediviſſe.* Neque ſacrum Textum aliud velle, ibidem commonſtrat. Subiicit etiam *Davidis* exemplum, qui *1. Chron. XV, 15. de victoria ſecurus fuit, poſtquam fluctuationem foliorum & ſuſurrum venti, cacumina mororum commoventis, ipſi a Deo in ſignum futuri triumphi datum percepiſſet, tametſi, tale quippiam etiam ante illum caſum contigerit ſæpe.* Legarur omnino ille & conferatur. Recte, ut ad Sabbathum redeam, noſter Quenſtedius(ggg), quo cum mihi loqui volupe eſt, diſtinguere jubet *eſſe reſpectivum ab eſſe abſoluto.* Non dicitur ſimpliciter, quod eo tempore Deus Iudæis Sabbatha dederit, ſed quod dederit illis in ſignum eductionis de ſervitute. *Memoria Creationis* (ait B. Theologus) *eſt communis ratio, quæ ad omnes mundi gentes pertinet; memoria ſervitutis ademtæ acceſſit in renovatione huius legis, & ad Ebræos ſolum ſpectat.* De quo Ezechiel inprimis cit. Cap. conſulendus, & Moſes Deut. V, v. 15. Sed enim dum Deuteronomii Vtum Caput nomino, ad *tertium* deferor & *quartum* argumentum, inde petitum. E hoc poſterius quidem ex illo ipſo ſumtum eſt, quem allegavi, verſu.

(eee) Urſin. Analect. V. I. p. 113.

(fff) hab. eſt Ann. 1696. d. 18 Iul vid. inprim C. 4.

(ggg) Diatrib. cit. Sect. II. §. 18.

Ne-

Negat nimirum (iſthæc tertii argumenti ſumma) in Deuteron. V. Cap. v. 2. & 3. Moſes, *quod cum Patribus Deus pepigerit hoc*, de quo agit, *fœdus*; aſſerit vero: *nobiscum pepigit, qui ipſi hic hodie omnes vivi ſumus*. Atque hoc in pacto Sabbathum contineri v. 12. docet; iunge Cap. IV, 13. In quo quidem argumento prolixus potiſſimum eſt Gomarus (hhh) creditque, nec elabi nos poſſe, ſi vel maxime adſtruamus, hæc verba non *abſolute* intelligenda eſſe, ſed *comparate h. e. non eo modo, exaratis tabulis & ſingulis horrendis*. Non enim huc quadrare iſtam limitationem, & quæ multis crepat alia. Quibus haud motus, in hæreo intrepidus illi, quod nobis invidet, reſponſo. Ipſe Moſes, ad quid reſpici velit, cum evehit אֶת־הַבְּרִית־הַזֹּאת *fœdus* HOC, mentem ſatis explicat v. 4. & 5. *A facie*, pergit, *ad faciem locutus eſt Iehova vobiscum in monte e medio ignis. Ego vero ſtans eram inter* Dominum *& inter vos in tempore illo ad concionandum vobis verbum Domini, quia timuiſtis a facie ignis & non aſcendiſtis in montem &c.* Et quis non facile videat, ſi abſolute ſint intelligenda Moſis de fœdere verba, ſequi exin, quod nec reliqua Præcepta ad Patres ſpectaverint, utpote quæ & omnia in fœdere continentur. Non ſequitur, inquit Gomarus: Ideo enim, quia reliqua Patribus tradita ſunt, ſolum de Sabbathi præcepto accipiendum, quod dicit Moſes. Iudicent, qui legunt, quæ ſit hæcce illatio? Si immediate Sabbathi præceptum ſubnecteretur verbo fœderis, forte vel apparenter tolerari poſſet. At ita æque, ut proponitur, minus conſiſtere poſſe, merito regeritur. Acceptamus tamen, quod ſubiunctum eſt apud Gomarum (iii) non *ſimpliciter* ſpectandum eſſe *præceptum Sabbathi*, ſed *partis ceremonialis ratione*. Namque vel ſic, non abſolute capi verba Moſaica poſſe, idem largitur. Largitur etiam Euſebius, quem ſibi præluxiſſe Gomarus exiſtimat. (kkk) *Quodſi* enim, ſcribit, *abſolute non datum eſſe Patribus eorum Teſtamentum, dixiſſet, in mendacium ſane illi recidiſſet oratio. Datum eſt igitur Abrahæ Teſtamentum, datum eſt etiam Noæ, ſicut ſacra teſtantur oracula. Atque idcirco cum adiunctione dixit, non hoc datum eſſe Patribus eorum.* Ne dicam, dari Interpretes, qui hoc modo Moſis verba interpretentur: *Non cum Patribus noſtris iniit pactum*

(hhh) De Origin. Sabb. C. IV. §. 46. ſeqq.

(iii) c. I. §. 4.

(kkk) c. I. §. 52.

*pactum* i. e. non tantum cum Patribus noſtris iniit pactum Dominus, ſed & nobiſcum Ad Eſtium provocat Friedlibius (lll), ſimilemque ab ipſo locutionem adduci monet, ex Geneſ. XXXII, 28. *Non Iacob vocabitur amplius nomen tuum, ſed Iſrael*; ubi ſenſus ſit: Non tantum Iacob amplius vocaberis. Poſtea enim nunc Iacob, nunc Iſrael vocatus eſt. Quamobrem tantum non eſt, quantum imaginatus ſibi erat Gomarus, e dubio hoc *tertio* evadendi periculum. *Quarto* vero cur immorer, nulla neceſſitas cogit. Dum etenim produxi locum, cui adverſarius innititur, in paulo ante allatis, expoſui ſimul, eductionem ex Ægypto non unicam eſſe, ſed novam cauſam obſervandi Sabbathi, quæ ſpeciatim, quod nemo negat, populum tangat Iſraeliticum. Id autem non contra nos. Addo, quod illa cauſa non ſoli Sabbathi præcepto ſubnectatur l. c. ſed præmittatur ibidem toti decalogo v. 6. Adeoque ad reliqua quoque præcepta pertineat; conf. Exod. XX. 2. Qui igitur per argumentum hoc ipſum primæ inſtitutionis Sabbathicæ fundamentum in temporibus hiſce remotioribus demum quæri debeat? Ad *quinto* loco commendatum paucis feſtino, agensque de *Gentibus ob violationem reliquorum decalogi præceptorum punitis ac reprehenſis paſſim; nullibi autem ob non ſervatam Sabbathum; quod tamen factum eſſet, ſi ab initio creati mundi Sabbathum inſtitutum fuiſſet, & ita omnes Gentes obligaſſet. Quin potius*, ita Dominus Diſſentiens ſcribit, *conqueritur in lamentationibus ſuis Ieremias, hoſtes deridere, & ludibrio habere Sabbatha Iſraelitarum, idque impune Thren. l. 7.* Tribuo ultima verba Domino Diſſentienti; nam Gomari non ſunt, in quo tamen priora licet legere. Hic ſiquidem alio plane modo ac fine ad Threnos Ieremiæ ablegat. *Si*, ait, *Sabbathi quies gentibus fuiſſet etiam inſtituta atque obſervanda, neglectum illius & pœnam ſacræ Literæ ſimiliter, alicubi ſaltem, expreſſiſſent: NB. cum ne deriſionem quidem Sabbathi, a Iudæis obſervati, reticuerint. Quo pertinet illud lamentationum Ieremiæ cap. I, v. 7. Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt Sabbatha eius.* Cui ex diſcurſu Domini D. Stempelii (mmm) hæc occino; *A defectu reprehenſionis in caſu neglecti præcepti, ad negationem*

(lll) Theol. Exeg. in Deut. Art. II, Claſſ. III, p. 291.

(mmm) Th. III. n. 16.

*nem obligationis ad actum N. V. Alias conſequens foret, coniugium non fuiſſe inſtitutum in primordio rerum, ut duo, non plures eſſent in carnem unam, nec ad hoc gentiles fuiſſe obligatos, quia ob Polygamiam, quæ paſſim toto orbe invaluit, nuſpiam leguntur a Deo reprehenſi: aut quia gentilibus concupiſcentia & originale corruptionis ac depravationis graviſſimæ malum non vitio vertitur diſertis & explicitis opprobrationibus, eius carentia non erit in illis, quæ Creator & etiam ipſa natura ab hominibus exigit.* Nemo eiuſcemodi concluſionem formare audebit. Neque ulterius ſequitur: Non ſcripta reprehenſio, non pœna; E. non facta. E. non immiſſa. A ſilentio in rebus facti & hiſtoricis petitum ex Scripturis argumentum, quale ſit, & ſupra quoque commemoratum eſt. Magis adhuc erant enormia delicta atque ſcelera, quibus *tantum non ſupprimebantur gentes, quæq; ipſi naturæ vim inferebant maximam*: (Dn. D. Stempelii rurſus verbis utor,) Horum & in reprehenſione & in pœnis enarratis, ſufficere potuit mentio; non excluſis idcirco cæteris, animadverſione absque dubio etiam condignis. Ieremiæ autem querela abſit, ut tam ſimpliciter impune Sabbathorum contigiſſe deriſionem, ceu refert Dn. Diſſentiens, ediſſerat, ut potius quærat & exſpectet pœnam, & præſagiat quoque, ſicut ex finalibus huius capitis verbis non inevidenter licet perſpicere. Ita namque ſecundum B. Seb. Schmidii verſionem Propheta: *Audiverunt, quod ingemiſcens ego: Non conſolator mihi. Omnes hoſtes mei audiverunt malum meum, & gaviſi ſunt. Sed Tu facies. Adduces diem, vocabis, ut ſint ſicut ego*, v. 21. Conf. v. 22. En! ut deriſionem non ſolum, ſed & pœnam, uti propter inſultus reliquos, ita cur non propter ipſam deriſionem quoque Sabbathorum? hoſtibus inferendam ſatis conſpicue Vir Dei ſiſtat. Sextum ſupereſt, ſed ex iis facillimo reſolvendum negotio, quæ alibi dicta ſunt. Breviter: A poſtpoſita obſervatione ad non factam inſtitutionem, N. V. C. Item N. V, a non ſcripta ad non factam obſervationem. Ut taceam, ſcriptæ obſervationis non plane nulla eſſe, uti ſuo loco expoſitum eſt, documenta,

## §. XVII.

Atque in his deſinit, pluraque non affert Dn. Diſſentiens, deſino igitur hoc quoque circa penſum & ego. Media interim via, quam ingredi ſe velle videri cupit, nihil minus quam media eſt. Id enim, quod noſtræ parti largitur quaſi, idem eſt, ac ſi non largiatur. Celebratio diei ſeptimi citra legem, ſtatuitur in gratiam adverſæ partis; cui perinde fuerit, an celebratus a Patriarchis nonnunquam ſit dies ſeptimus, an non? modo non ſit celebratus vi primævæ alicujus inſtitutionis, quam ipſam & Dn. Diſſentiens non admittit. Hæccine ſententia media? *Statum Patriarchalem legalem non fuiſſe*, i. e. ſine lege omni vixiſſe Patriarchas, fruſtra perhibetur. Aliud docet B. Scherzerus in Breviario Hulſemanniano enucleato atque aucto. (nnn) Sicut, qui Antinomis non favet, nec hodie etiam de renatis aſſeruerit, quod absque lege vivant. *Oportet piorum exercitia & opera verbo Dei regi, ad hunc uſum reliquit Deus legem*, Lutherus inquit (ooo). *Chriſtus non venit, ut legem ſolveret, ſed ut impleret* Matth. V,17. *Legem non deſtruimus per fidem*, ait Apoſtolus, *ſed ſtabilimus*, Rom. III,31. (ppp) Legem vero de Sabbatho Paradiſiacam hactenus vindicavi, certusque ſum iterum iterumque, pariter ut in antecedentibus, Patriarchas illam non neglexiſſe, ſed attendiſſe præcipue; quanquam occaſiones interdum etiam alias publice colendi Deum haud prætermiſiſſe, non adeo repugnaverim. De privato autem cultu ſtudioſiſſime ſemper continuato quis anceps hærebit? Hebræos cæteroquin pleroſque ab adverſa parte ſtare cum Celeberr. Dn. Wagenſeilio §. 9. agnovimus. Sed quid inde? cum pro eadem non videantur ſimiliter ſtare rationes. B. Lundium quod concernit, ita eſt, & ille idem de plurimis Hebræorum refert. Refert tamen etiam, alios probabilius primam inſtitutionem Sabbathi in illa quærere die, quæ conſummationem creationis excepit. Et de Patriarchis, ait, quis velit ambigere, ipſos habuiſſe certos dies ſuos, in quibus convenerint & nomen Domini prædicaverint? Hoc vero alio in die non æque contigiſſe auguratur, quam in illo, cui benedixit Deus, & quem ſanctificavit. (qqq) Unde pergrata mihi B. Viri allegatio.

(nnn) cap. IIX. Th. 16. p. 472. add. B. Lyſeri Trifol. Relig ver in V. T. Diſp. II. §. 22.

(ooo) ſuper Pſalm. 130.

(ppp) Lege quæ in h. l. ſcripſit B. Weller. Annot. in h. l p. 237.

(qqq) cit. a D. Diſſentiente loco n. 7.

§. XIIX.

§. XIIX.

Tantum de *prima* atque principe fere quæſtione. Redacta ſunt omnia, quantum licuit, in compendium. Nihil tamen, arbitror, me intactum reliquiſſe. Impræpedito igitur pergo ad *alteram*, de qua Dn Diſſentiens infit agere *p. 23. n.* 88. Facilis, aut ſaltem non adeo difficilis, haut contradicam omnino, deciſio erit. Sed non ob fuſa noſtræ partis argumenta. Deo ſit laus! hæc ſuperant. Verum ob a me usque huc præmiſſa atque evicta. Diſquiſitum nempe anxie eſt: *An Lex de Sabbatho Moralis ſit, an Ceremonialis?* A plerisque Moralem æſtimari, ſcribit Dn. Diſſentiens, ex variis rationibus, quas Gisbertus Voetius recenſeat; ipſe vero pro levisſimis habet, & reſponſione vix dignis, *pag. 25. n. 98*: dum longe ſolidioribus niti fundamentis judicat, ſententiam aliorum, qui Ceremonialem cenſent *p. 24. n. 94.* Et ſane exiſtere quosdam, quibus omne ferme Ceremoniale abjudicare Sabbatho viſum fuit, ſtatuentibus, quæcunque in tertio, iuxta computationem noſtram, præcepto habentur, moralia eſſe, in Syſtemate ſuo (rrr) B. Quenſtedius obſervat, affertque varios ex antiquioribus & recentioribus, quos iſta opinio delectet. Ultimo e Calvinianis D. Georgium Schönfeldium nominat, qui, teſte D Menzero, *Sabbathum Iudaicum neceſſario & ſolenniter celebrandum eſſe* contendat. Dari vero & alios, annectit porro, qui nihil hic moralitatis agnoſcant, ſed totum tertium præceptum ceremoniale velint. Sic Sociniani in Catechiſmo Racovienſi quærunt (*Qv. 69*): *Quid de hoc præcepto cenſes?* & reſpondent: *Eſſe ſublatum ſub novo fœdere, quemadmodum alias Cereremonias, ut vocantur, cenſeo.* (sss) Sic Anabaptiſtæ quoque referunt ad *legis Ceremonialis iugum vetus etiam feriationem Sabbathi externi*, quod apud Cloppenburgium legere eſt in Gangræna Anabaptiſtica. (ttt) Quos inter rurſum alii velut medii incedunt. Hique in Sabbathi lege, ut Iudæis eſt propoſita & inculcata, & morale aliquod agnoſcunt, & Ceremoniale. Quæ ſententia, quantum mihi conſtat, plerisque tribuenda erat, non item prima (uuu). Invenitur autem Ceremoniale partim in *Die*, partim iu *Opere*. De die præcipue B. Dannhauerus, Summus Theologus, audiri meretur.

(rrr) P. IV. C. I. Sect. II. quæſt. 4.

(sss) conf. B. Scherzer. Coll. Anti-Socin. Diſput. XL. lit. C. p. 335.

(ttt) P. IV. Opp. Diſp. 38. p. 217.

(uuu) Conf. ipſe Dn. Diſſent. Diſput. ſ. p. 26. n. 110.

tur. (xxx) *Controverſiæ caput eſt*, hæc eius verba, *de moralitate huius præcepti. Nos breviter* (1) *Iuris moralis naturalis eſſe, & cultum externum, & tempus aliquod cultus, & vacationem a laboribus cultum ſacrum impedientibus.* (2) *Iuris moralis poſitivi eſſe circumſtantiam ſeptimi diei in quovis orbe hebdomadario, poſt exactos ſex laboris dies, undecunque orbem hebdomadarium incipias.* (3) *Iuris ceremonialis fuiſſe ſeptimum h. e. ultimum ſeptimanæ Iudaicæ diem, durabilem ledorotham Exod. XXXI. 13. in generationibus ſuis i. e. ſtante Iudaica Republica & Politia Moſaica, in qua fuit diſtinctio tribuum & generationum exactisſima.* Conſenſum Theologorum plurium in Academiis congesſit B. Rudrauffius in quæſtionibus conſcientiæ de feriatione Sabbathica (yyy) exponitque egregie morale naturale & poſitivum, quo ſenſu accipi hic posſit & debeat, in Sylloge extenſiori Controverſiarum, quæ videri poterit (zzz). Digna eſt confesſio fidei Anglorum, quæ adducatur, cum placeat Dn. Diſſentienti, ut plurimum allegare Theologos Reformatos. Illa vero de cultu religioſo & die Sabbatho (aaaa) ſic rem effatur: *Quemadmodum legis naturæ eſt, ut in genere aliqua temporis portio, Dei iuſſu, ſegregetur ad eius cultum; ita verbo ſuo, poſitivo, morali, & perpetuo præcepto, ſpeciatim conſtituit unum diem e ſeptem, in Sabbathum ſibi ſancte obſervandum, qui a mundi initio usque ad Reſurrectionem Chriſti, erat ultimus ſeptimanæ dies &c.* De *opere* autem quæ habet Venerand. Dn. D. Ioſua Schwartz (bbbb) huc transſcribere libet: Die andere Ceremonie Alten Teſtaments war / daß ſich die Juden am Sabbath / auſſer dem höchſten Nothfall / aller Hauß- und bürgerlichen Arbeit ſo gantz und gar enthalten ſolten / daß ſie nicht einmahl Speiſe zu holen aus ihren Hütten und Häuſern gehen muſten Exod. XXXV, 3. auch ſchlechterdings aus demſelben keine Laſt führen / noch in ihre Thore einführen muſten / Ierem. XVII, 21. 22. Ja auch keinen Todten am Sabbath begraben 2. Maccab XII, 39. Denn dieſe Strenge der Ruhe war ein Schatten von dem / das zukünfftig war Coloſſ. II, 17. als daß ſich der Mesſias in höchſter Gedult für der Welt Sünde verachten / verſpotten / geiſſeln / creutzigen und tödten zu laſſen geruhen und ſtille ſeyn würde / damit er uns dadurch

Ruhe

(xxx) ex Colleg. Decalog. p. 544. ſeq.

(yyy) ſupra iam cit. qu. 8. p. 42. ſqq.

(zzz) Diſſert. XIII. de lege Moral. qv. 6. p. 352. iunge B. Quenſted. diatrib. S. 3. §. 2. item Syſtem p. IV, c. 1. f. 35. n. 4. & 5.

(bbbb) lib. ſupr. cit. p. 15.

Ruhe und Friede mit GOtt/ und alſo auch die ewige Ruhe im Himmel erwerben möchte. Eadem ferme ſcribit B. Rudrauffius, quando in eo eſt, ut differentiam Sabbathi Iudaici & Chriſtiani(cccc), enodet, niſi quod quaſdam inter ferat rationes alias, ob quas unum alterumve fuerit o- (cccc) c. I. q. mittendum Ita de igne ait: Sie durfften kein Feuer anzünden auf dem 12. p. 69. Sabbath/ zum Gedächtniß/ daß ſie von den Feuer-Dienſten in Aegypten/ da ſie die Ziegel brennen muſten/ befreyet ſeyn/ ohne daß ſie es im Winter und auf die Feſt erlaubet hatten Exod. XII, 16. De itinere: Sie durfften nicht reiſen/ ſondern muſten bloß zu Hauſe bleiben/ zum Gedächtniß/ daß ſie durch die Wüſten gereiſet/ und zur Ruhe ins Land Canaan gekommen ſeyn/ es ſey denn eine kleine Sabbaths-Reiſe 2. Reg. IV, 23. Wie Chriſtus durch die Saat gangen auf den Sabbath/ ſo die Phariſäer nicht geſtraffet/ Matth XII, Und war über dieſem ſo eine ſchwere Straffe auf den Verbrecher des Sabbaths geſetzet/ daß auch der/ ſo ein wenig Holtz auf dem Sabbath zuſammen geleſen/ muſte auf GOttes ſonderbahrem Befehl geſteiniget werden/ Num XV, 32. ſeqq. Quid? quod tertium quodpiam hic ſuggerat non plane omittendum, cultum nempe, qui in V. T. maxime ceremonialis fuit, (dddd) (dddd) c. 1. Morale quoad hoc omne idem B. Theologus his exprimit: Es p. 70. bleibet/ (1) daß immer fort und fort in der Wochen ein Tag muß gefeyret und gantz zum GOttesdienſt angewendet werden/ es ſey nun der erſte oder letzte/ oder ſonſten einer. Und nachdem die Apoſteln aus GOttes Rath/ Willen und Eingeben den erſten dazu beſtimmet/ muß ſolcher bleiben/ ſo lange die Welt ſtehet. Vors (2) bleibt/ daß dieſer Tag muß geheiliget werden mit Beten/ Singen/ Vorbitt und Danckſagungen/ ſo dann GOttes Wort leſen/ predigen/ hören/ betrachten/ und dergleichen heiligen Wercken/ daß man erwege und andächtig bedencke die Güte und Liebe/ die Regierung und Vorſorg/ die Macht/ Gewalt/ Ehr/ Hoheit und Herrlichkeit/ die Weißheit/ Wahrheit/ Gerechtig- und Heiligkeit GOttes/ und ſo weiter/ alles zu unſerm Troſt/ Erbauung/ Freude/ Unterricht/ und zu GOttes Ehr und Herrlichkeit gereichen mag. Alle dieſe Wercke der Gottſeligkeit bleiben/ und daß man ſich

erinnert der Gutthaten GOttes / und was in voriger Wochen vorgegangen / in Böſem zu hertzlicher Reu und Leid: In gutem / zu gebührender Danckbarkeit und Seelen-Freud. Auch bleiben alle **Werck der Liebe** / daß man ſich der armen Nothdurfft hertzlich annimmt / die Hungrige ſpeiſet / Durſtige träncket / Nackende kleidet / Brodt und allerley Allmoſen austheilet / die Krancken beſuchet / und die / ſo im Elend ſind / tröſtet; und dann bleiben auch **die Werck der Nothwendigkeit** / daß man auf die Sabbath allerley Schaden und Gefahr / Krieg / Feuer / Hunger / und dergleichen Nöthen abwende und zurück treibe / ſo viel möglich. Ferner bleibet vors 3. Daß man ruhen muß / wie in GOtt geiſtlich und der Seelen nach: Alſo auch dem Leibe nach von allerley dienſtbahren und ſonſt gewöhnlichen täglichen / Arbeits- und Handwercks-Verrichtungen / als mähen / ſäen / erndten / ſchuſtern / ſchneidern / zimmern / ſchmieden / ſpinnen / Vieh ſchlachten / Bier brauen / krämern / handthieren und parthieren uud dergleichen Dingen / welche den Menſchen gantz von der Heiligung abführen. Quo etiam reſpicere modo nos iuſſit B. Dannhauerus. Atque hunc in modum communiter de hac quæſtione diſſerere conſueviſſe Theologos noſtros, qua potui conſulere, deprehendi, ut mirari ſubeat, qui auſus fuerit Voëtius, quem ſibi adverſarium alias ſelegit Dn. Diſſentiens, in Diſputat. ſelectis (eeee) talia in publicum emittere: *Omne ius Sabbathi divinum negant, & præter liberam Eccleſiaſticam aut politicam poteſtatem ac conſtitutionem circa rem adiaphoram hic nihil admittunt LUTHERANI ſi non omnes, ſaltem plerique, ni fallor, cum Auguſtana confeſſ. art. ult.* In qua imputatione æque hallucinatur ac in illa, quando Rivetum Gomari aſſeclis, perpetuam Sabbathi moralitatem inficiantibus, aſſociare haud tergiverſatus eſt, quem tamen pro vera noſtra ſententia rite pugnantem tenus hac adiuvenimus. Imo ipſe Voëtius paulo poſt immutare deprehenditur ſententiam, quando, Rivetum communem Conſenſum Theologorum pro Sabbatho ante lapſum adducere, non diffitetur. (ffff) Interea rationibus eiusdem pro præcepti tertii, ut nos numeramus, moralitate, quousque a Dno. Diſſentiente ſit ſatisfa-

(eeee) P.III. de Sabb. & Feſt. n. 6.

(ffff) c. 1. p. 1240.

tisfactum, ſi diſpicere placet, quæ moneri hic illic queant, credo non plane deerunt.

## §. XIX.

Ante omnia clarum eſt, in ea latitudine non loqui Voëtium, quam Dn. Diſſentiens, ipſi attribuit, quaſi moralem de Sabbatho legem omni abſque limitatione aſſerat. Quæſtionem ſic formavit: *An ſit morale, & conſequenter iuris immutabilis divini (poſitivi ſcil. non naturalis) ut unus ex ſeptem diebus ad cultum divinum ſanctificetur: An vero ſit puri iuris & libertatis Eccleſiaſticæ, ut quintus, aut ſextus, aut decimus &c. ſive pro re nata, ſive ad tempus ſeligatur, haud aliter ac in aliis quibuscunque diebus ſtatis aut extraordinariis?* Quæ verba num ſimpliciter hic omne reſpuant Ceremoniale, de eo diſputari poſſet. Sane, ut taceam abſurdum quintum, quod ſequi ex adverſa ſententia ille putat, & quod ab ipſo Dn. Diſſentiente adductum eſt, p. 24. n. 92. quæ ex Calvino laudantur (gggg), aliud videntur poſcere; cuius conſilio *adhibenda diſtinctio eſt, quid ad perpetuum humanæ vitæ regimen pertineat, quid proprie conveniat veteribus figuris.* Quod ipſum nequii non attingere, cum ita metus cadat, quem iniicit Dnus Diſſentiens Voëtio n. 100. ne, *dum contra Anabaptiſtas aciem dirigit, a Iudæis capiatur: a quibus ſecurus non ſit, quamdiu Sabbathi legem moralem eſſe, & in quo paucos habeat conſentientes, in ſpecie ſeptimum diem, & non aliud tempus, cultui divino dedicandum eſſe aſſerat.* Cauſa metus eſſet, ſi ſeptimus, qui ſeptimanæ ultimus nuncupari ſuevit, & hodienum Iudæis Sabbathum audit, pro morali ab ipſo venditaretur. At quoniam *unum e ſeptem* nominat, cauſa amplius non apparet. Conferantur, quæ de morali & Ceremoniali proximo dicta ſunt in §. Deinceps alibi etiam oſtenſum, in propatulo non eſſe, qui reliqua Decalogi præcepta, ut Gomarus tum opinabatur, pro moralibus haberi, ſolum tertium excipi deberet (hhhh) Quod iam primo argumento Voëtii opponitur, qui ita concludit: *Eſt præceptum Decalogi. E. eſt morale, ſex diebus operari, & ſeptimo quieſcere.* Ceremoniale additum eſſe poſſe, imo eſſe in Decalogo, ut Iudæis eſt inculcatus,

(gggg) ap. Voët. c. l. p. 124. 1.

(hhhh) Vid. ſup. §. 16. p. 31. paulo poſt med.

largiti

largiti ſumus & largimur. At ut omnem Moralitatem illi, de quo agitur, præcepto, ſubtrahere patiamur, Spenceri effata non efficiunt. *Sabbathum*, inquit, *inſtitutum erat, ut illius obſervatio creationis publica & realis profeſſio eſſet, adeoque opinionem illam de rerum æternitate radicitus excuteret, cui Gentium idololatria præcipue nitebatur.* Prius, de Creationis profesſione, non negamus; alterum conſequenter admitti poſſe, ubi iſtius opinionis excuſſio neceſſaria eſt, demus quoque. Indene vero Moralitas præcepti ceſſat? Idololatriæ eradicatio primus non erat, non immediatus ſcopus Sabbathi inſtituti. Huic obicem poſuit Deus in præcepto primo. Cultum ſolennem & publicum requirebat Lex de Sabbatho; perque hunc, juxta divinam voluntatem informatum, ab idololatria ſimul & debuiſſe & potuiſſe revocari Iſraelitas, cum non improbo (iiii), moralitatem tamen iterum non video ſublatam. Reliqua Spenceri verba, ad quæ provocat Dnus Diſſentiens, ſuffecerit expreſſiſſe: *Non erat abſurdum*, ait, *aut inconcinnum, ut Deus Sabbatho, licet inſtituto ceremoniali, locum inter tot leges morales aſſignaret. Nam decalogus ſumma Legis totius, & fœderis cum populo initi fuiſſe videtur; ideoque par erat, ut præcepta moralia, iudicialia & ceremonialia brevi quaſi tabella ſimul exhiberet.* Qui legerit, nimia dici a Viro doctiſſimo mecum promtus agnoſcet. Ubi quæſo iudicialia? ubi plura & magni non minus momenti Ceremonialia? ut decalogus horum quaſi tabella appellari mereatur? Ulterius falſa non eſt, cui ſecundum argumentum Voëtii ſuperſtructum conſpicitur hypotheſis. Aliud copioſe docent antecedanea; quæ cur repetamus, non videtur opus eſſe. Abſurda vero, ut appellat, quæ tertium conſtituunt argumentum, cuius ſint valoris, tum demum eluceſcet, ubi antithesin, ex qua eadem elicit, decenter attenderimus. Nempe ſi *nulla plane temporis proportio*, *nullus in ſpecie dies*, isque nullo modo in præcepto de Sabbatho credatur *præſcriptus*, totum negotium in libertate Eccleſiaſtica ſic poſitum erit, ut pro lubitu poſſit quemcunque diem determinare, *vigeſimum* etiam aut *centeſimum*, aut *partem diei maiorem*, *minorem*, *tertiam*, *quartam*, *quintam*. Quæ conſequentia meo qualicunque iudicio non vacillat: Interim conſequens

(iiii) Conf. ſupra §. II. p. 24.

quens nolim affirmare. Domino Diſſentienti idem haud videri abſonum, non miror, quippe qui Eccleſiam ſeptimum diem noſtrum ex mera libertate inſtituiſſe arbitratur. Sed an aliis æque iſtud congruum haberi poſſit, de eo videbimus inferius. Quod propterea quælibet Eccleſia diem ſpecialem cultui deſtinarit, non dicit Voëtius, ſed quod tale metuendum fuerit, ſi fundamenti loco haberi debeat libertas illa, contra quam agit. Quem metum an ſvaſiones Domini Diſſentientis *p.* 26. *n.* 109. poſito iſthoc caſu, ſint confeſtim ſublaturæ, dubitare liceret. Sufficit Voetio, ex theſi, cui contradicit, iſtud minus conveniens fluere. De obligatione hodierna in ſubſequentibus diſquiretur, atque tunc, quid de tertio & quarto abſono cenſendum, inſimul patebit. Cultus omnibus diebus inſtituendus non eſt opponendus Sabbathico, utpote publico & ſolennni, (veluti iam ſæpius monitum,) qui an ſolum malorum & infirmorum, externæ Eccleſiæ admixtorum, gratia retinendus fuerit, pariter ſuo loco percipietur. Quinti quod abſoni ſolutionem attinet, non aliud, niſi quod ad primum, regero. Tale non apparere Domino Diſſentienti, concedo, cum hanc ipſam ſententiam fecerit ſuam. Ad ſextum demum abſurdum quomodo reſponſio Domini Diſſentientis quadret, mihi certe non evidens eſt. Verba Voetii hæc ſunt (6; *Denique ſequeretur, homines profanando diem ſeptimum, aut propter occupationes, exercitia, ludos, duo aut tria Sabbatha, ſubinde intermittendo, non magis peccare in quartum præceptum, quam ſi omiſiſſent Neomenias, aut feſta Tabernaculorum, aut ſimilia. Quodſi dicant illos tunc peccare in ordinem ab Eccleſia conſtitutum, replicarent forte, ſe horis aliquot aliorum dierum intermiſſionem illam abunde compenſaſſe; Deinde non eſſe tamen peccatum in quartum Legis divinæ Præceptum, ſed tantum in conſuetudinem Eccleſiaſticam.* Adverſus ea Dn. Diſſentiens iſta diſſerit: *Annon hodie permittitur profanare diem Sabbathi h. e. ſeptimum? profanatur ſane, dum apud Chriſtianos non obſervatur.* Voetius de qualitate peccati, cum Sabbathum profanatur; hic de immutatione diei agit, & inde profanationem Sabbathi inferre vult; Quæ quidem, ut ego autumo, ſe invicem non

ſatis reſpiciunt. Profanatio inſuper Sabbathi imputari poſſet, ſi diem definite ſeptimum in prima inſtitutione fundatum ſtatueremus. Sed ex ſuperioribus liquet, quæ vera ſit ſententia, cum qua imputatio iſta non conſiſtit In Autoritatibus haud prima quæritur, ſed ultima probatio. Rationes ſi ſolide diſcuſſæ eſſent, autoritates parum haberent in receſſu; quibus proin nec ipſe movere aut moveri volui Interim ſtantibus rationibus vel in eum finem autoritates allegare non omnino cenſuerim inconſultum, ut eandem rationum efficaciam mecum alios inveniſſe confirmer. Sic Dn. Diſſentiens, ut ſupra ad Hebræos pleroſque, ita non multo poſt *p. 31. num.* 131. *ſeqq.* ad primitivam Eccleſiam provocat, atque hinc ſententiæ robur non penitus reiiciendum accedere perſuaſus eſt. Quo iure, quando eo devenerimus, evolvetur. Hæc de Voetii rationibus. In rationibus Dni Diſſentientis nihil novi eſt, ad quod non iam iam fuerit reſponſum. Argumentum *κατ' ἄνθρωπον* ex ſequentibus cadet; unde non tango. Nec admodum urgeo, hic *primum* dictum diem eſſe, quem ſupra *octavum* nominavit. Sunt momentoſiora, ad quæ tranſeo.

§. XX.

Nimirum de Morali atque Ceremoniali non pauca a me in medium ſunt prolata. Sed & illa *aſſenſum non mereri, quamvis magnos viros pro eius opinionis parte ſtare videas, p. 26. ſq. n. 111. ſqq.* demonſtrare conatur Dominus Diſſentiens. Hic vero iterum ſententiam noſtris aſſignat, non tam facile inter ipſos reperiundam, quaſi *iuris eſſe naturalis* doceant, ut *unus dies in hebdomade cultui divino deſtinetur.* Legat, ni grave eſt, adducta B. Danhaueri; legat Rudrauffii verba; a quibus non diſſidet Anglicana Confeſſio, & aliud deprehendet. Tempus aliquod, ſed non determinatum, cultui publico conſecrandum eſſe, quo a laboribus vacandum quoque, ne ille impediatur, hoc ad naturæ ius communiter noſtrates referunt. Sed naturæ ius in ſenſu laxiori, uti B. Rudrauffius ſcribit; qui & ita dogma iſtud effatur: *Rectitudini naturali, prout ea omnibus hominibus nota eſt, congruere, eſſe aliquem, certum, ſtatum & ordina-*

*rium*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0062-3

*rium diem DEO colendo conſecrandum*; *qualis autem ille ſit*, *& quotus quisque*? *Ipſe Deus*, *unum e circulo hebdomadis ſeligens nos firmiter erudit*: (kkkk) Et hunc a Deo ſelectum diem, vi inſtitutionis primævæ, moralis poſitivi iuris elogio honoramus. Quod itaque primum ſibi ſumſit impugnandum, Dn. Diſſentiens de morali naturali, paucos ſane attinget, dextre fortean explicandos. Morale poſitivum, cui deſtruendo ſe ſecundo accingit, id propter ex Scripturis probari non poſſe arguit, quia præiudicio huic inhæret admodum, in c. II. Geneſ. non inveniri primam inſtitutionem. Inveniri autem, per hactenus dicta tam clarum eſt, quam quod clariſſimum. Ipſa recordationis vox, quæ in allegatis ex Exod. XX, 8. ſqq. præcepti verbis prima in oculos incurrit, B. Gerhardo *revocare* viſa eſt *Iſraelitas ad primævam Sabbathi inſtitutionem* (llll) Et B. Scherzerus in Breviario Hülſemanniano enucleato, *Mirum*, inquit, *eſſet*, *Deum ſoli ceremoniali præcepto* זכר *& Nota bene præfixiſſe*, *quando dixit*: *Memento*, *ut diem Sabbathi ſanctifices*. De die vero præciſe ſeptimo quid ſentiendum veniat; ex Diſſertationis huiusdem meæ §. IX. credo liquere poſſe. Quem interim verba Moſis parere queant ſenſum, non ſub obſcure ibidem indicavi, quanquam, ob additam rationem, ſuſpenderim tunc aſſertionem plenariam. Nunc ſaltim dico, nondum adeo manifeſtum eſſe, *quod* eruit inde Dnus Diſſentiens. Anceps ſatis adhuc conſequentia eſt: Moſes ait: *Sex diebus laborabis*, *at dies ſeptimus Sabbathum eſto*, *Iehovæ Deo tuo*. *QUIA ſex diebus fecit Iehova cœlum & terram &c.* E. præciſe & definite ille ipſe dies ſeptimus & non alius erit ſanctificandus. Ratio dubitandi, ut plura non addam, vel ex loco petatur, ad quem modo ablegavi. Unde de mutilatione quæ obiiciuntur, nos non feriunt; nec ferit, quo maxime ſtringi noſtram partem ſibi imaginatur, dilemma. Id, quod morale eſt, hodie a Chriſtianis obſervatur; Ceremoniale vero abrogatum eſt; De quo in ſequentibus.

(kkkk) conf. Syllog. extenſ. Controv. Theol. p. 354.

(llll) L. C. T. III. p. 214. Conf. §. 4. Diſſertat. *de Sabbatho Hebdomadali*, *ab Adamo in Paradiſo celebrato*, quæ habita eſt Roſtochii ſub Moderamine Summe Rever. Dn. D. Grünebergii, Patroni mei Colendi A. 1700. D. 11. Dec.

§. XXI.

Nova ſcilicet nunc emergit quæſtio, de *Chriſtianis in N. T.*

*an & ad hos pertineat obligatio?* Subſcribit negativæ Dnus Diſſentiens, & quidem ſolidiſſimis, ut putat, efficaciſſimisque permotus rationibus, quas in quatuor, quæ & ipſius locutio eſt, partes diſpeſcit. Primo ſententiam probat *ex natura & indole legis ceremonialis*, a cuius iugo Chriſtus nos liberavit. Cumque in cenſu ceremonialium reponat Sabbathum, ab eo Chriſtianos liberos eſſe non dubitat. Nec ego dubitarem, niſi prius illud, e quo hoc poſterius derivat, hypotheſis eſſet minus fundata. Provoco ad ea, de quibus modo diſſerui. Soliditas ergo & efficacia, a qua rationes ſuas commendat Dominus Diſſentiens, in prima non adeo conſpicua eſt. Secundo *Ipſius Chriſti exemplo*, quod nobis inſtar omnium ſit, *& doctrinæ* ſententiam ſuam ſcribit eſſe conformem; eo promtius idcirco approbandam. *Ita* pergit, *videmus Chriſtum die Sabbathi ægrotos ſanaſſe, etiamſi omnibus fere iudæis inde ſcandalum natum ſit, cum tamen facile hoc ipſum ſine periculo in diem alteram differre potuiſſet.* Matth. XII. 13. 14. Luc. IV. 35. 38. XIV. 3. ſeqq. Ioh. V. 9. IX. 14. De qua re egregie B. D. Ioh. Müllerus, Theologus Hamburgenſis, in Iudaismo agit (mmmm): Chriſtus hat ſchon damahls ſeine Verantwortung gethan: welcher iſt unter euch / dem ſein Ochſe oder Eſel in dem Brunnen fället / und er ihn nicht alsbald heraus zeucht am Sabbath-Tage v. 5. 6. Darauff die Phariſäer ihm nicht antworten konten. Wer am Sabbath ſeinen Ochſen und Eſel vom Tode errettet / der mag auch wohl einen Menſchen am Sabbath retten / als welcher mehr iſt / als ein Ochs und Eſel / nehmlich zum Ebenbild GOttes erſchaffen: Nun retten die Jüden ihre Ochſen und Eſel am Sabbath vom Tode / ziehen ſie aus dem Brunnen / darein ſie gefallen / darum mögen ſie vielmehr Menſchen am Sabbath retten / als welche viel beſſer ſeyn / als Ochſen und Eſel / und nach GOttes Ebenbild erſchaffen. Die Wercke der Liebe und Barmhertzigkeit mag man am Sabbath wohl thun / dieweil derſelbige dadurch nicht entheiliget wird: Darumb mag man auffm Sabbath wohl einen Krancken heilen und retten. Es iſt eine bekandte Hiſtoria vom Rabbi Salomo, welcher am Jüdiſchen Sabbath in ein heimlich Gemach gefallen / und nicht zugeben wollen / daß man her-

(mmmm) C. 28. §. 12. p. 1075. ſq.

ihn heraus zöge/damit der Sabbath nicht entheiliget würde/ſondern geſprochen: Sabbatha ſancta colo, de ſtercore ſurgere nolo: Darauff die Chriſten verordnet/ daß er am Chriſtlichen Sabbath den folgenden Sonntag auch darinne bleiben müſſen/ damit ihr Sabbath auch nicht entheiliget würde/ welche Meynung in einem andern Vers begriffen: Sabbatha noſtra quidem Salomon celebrabis ibidem. Solche und dergleichen närriſche abergläubiſche Dinge verwerffen und ſtraffen wir billig/ dieweil die Wercke der Liebe und Barmhertzigkeit den Sabbath nicht entheiligen/ ſondern vielmehr GOtt an ſelbigen Tage gefallen. Prævidit hanc reſponſionem Dn. Diſſentiens. Inde efficaciæ, ab iſtis exemplis ſperabili, non ſatis confiſus, ad aliud, diſcipulos nempe ſe convertit, *qui die Sabbathi evellere ſpicas & comedere veriti non ſunt*, Matth. XII. 1. 2. *Cum tamen cibum quærere & Manna quærere fuerit prohibitum* Exod. XVI. 23. *Quod factum diſcipulorum etiam approbaverit Chriſtus*. Liceat iterum ex B. Mullero petere, quæ reponi poſſunt: Daß Chriſtus zugegeben/ daß ſeine Jünger am Sabbath Ehern ausgerauffet/ damit iſt der Sabbath nicht entheiliget worden/ die Jünger ſatzten ſich nicht nieder/ſie ſchnitten das Geträyde nicht abe/ ſolches einzuärndten/ſie droſchen es nicht daraus Brodt zu backen/auff ſolche Weiſe würden ſie den Sabbath entheiliget haben/ ſondern ſie raufften nur unter dem gehen Matth 12. v. 1. das war nicht ſchlechter dinge verbothen/ ſondern vielmehr zugelaſſen: Wenn man des andern Tages am Oſter-Feſte die erſten Garben hatte dem HErren geopffert/ mochte man mit der Hand die Ehern zerreiben/ und die Körner eſſen. Am andern Tage des Sabbaths/ (nehmlich des Oſter-Feſtes/ wie der Text daſelbſt es giebet) brachte man die Webe-Garbe Levit. 23. v. 15 Da fieng man an mit der Sichel in der Saat Deut. 16 v. 9. Ihr ſollet eine Garbe der Erſtlinge euer Erndte zum Prieſter bringen Levit. 23. v. 10. 19. Ihr ſollet kein neu Brodt/ noch Sangen noch Korn zuvor eſſen/ biß auff den Tag/ wenn ihr eurem GOtt Opffer bringet. v. 14. Daraus erſcheinet/ wenn man am Oſter-Feſt die erſte Garbe geopffert habe/ man alsdenn die Ehern möge zerreiben/ und die Körner und Sangen eſſen:

welches auch frey ſtunde auff einem frembden Acker: Wenn du in der Saat deines Nechſten geheſt/ ſo magſtu mit der Hand Ehern abrupffen/ aber mit der Sichel ſoltu nicht darinnen hin und her fahren Deut. 23. v. 25. Das macht aber keine Arbeit/ dadurch der Sabbath wäre entheiliget/ und der Gottesdienſt verhindert worden: denn es war ja nicht abhauen/ ſchneiden/ ärndten/ einführen/ dreſchen/ backen/ kochen/ ſondern es wurden nur etliche wenig Ehern ausgerauffet und mit der Hand zerrieben/ welches nirgend im Geſetze/ ſondern in den Satzungen der Phariſäer verbothen war/ die nicht zugeben wolten/ daß man am Sabbath einen Apffel braten/ eine Zwiebel ſchälen/ Knoblauch braten/ eine Fliege oder Floh erſchlagen/ Wein auff Senff gieſſen/ auff einen Baum ſteigen/ durch die Saat gehen und etwas ausrauffen ſolte. (nnnn) Adde inprimis Apologiam ipſius Chriſti c. l. ubi ad Davidem reſpici & Sacerdotes vult a Phariſæis, cuius contenta idem B. Mullerus rite deducit & vindicat. Non prætereunda etiam ſunt illa verba quæ extant v. 7. Nam & hæc confirmant ſimul id, quod ad prima exempla eſt reſponſum. (oooo) Quandoquidem igitur & in altero exemplo ſe nondum aperit refugium ex voto Dn. Diſſentientis tutum, ad *illum* nos manuducit, *quem prope lacum Bethesda ſanavit* Salvator optimus, eidemque iniunxit, ut *ſurgat*, *lectumque tollat*, *cum tamen aliquid portare die Sabbathi in lege fuerit interdictum* Ier. XVII. 21. *uti hoc etiam improbarunt iſti homini ſanato Iudæi* Ioh. V. 8. 10. *Iuſſit ergo Chriſtus quædam, quæ legi de Sabbatho erant adverſa.* Lubet hic Nifanii verbis uti in hunc locum: *Quaſi de induſtria aliquot miracula edidiſſe Dominus noſter videtur in Sabbatho, non tantum ut per occaſionem frequentioris turbæ magis innoteſceret, ſed etiam ut ſiniſtra Phariſæorum opinio de fugiendis operibus in die Sabbathi evidentius confunderetur, veraque Sabbathi obſervatio conſtantius aſſereretur.* Non iuſſit Chriſtus legi de de Sabbatho, quatenus divinam habebat autoritatem, ſed traditionum ſuperſtitioſo rigori adverſa, vi cuius Iudæis *digitulum aut pedem in Sabbatho vix movere licebat, niſi trepida conſcientia*, quod idem

(nnnn) l. c. p. 1075. ſq. conf. Ioh. Ligthfohrt. in Matth. T. II. opp. f. 320.

(oooo) Conf. Oſiand. in h. l.

idem porro Niſanius advertit (pppp) Ieremiæ locus huc an adeo quadret, dubito. Vocentur in conſilium commentatores. Quos inter Grotius verba Prophetæ ita παραφράζει: *Neque ipſi merces inferte, neque ab aliis inferri in urbem ſinite die Sabbathi; ju*betque conferre Nehem. XIII, 16.17.18. Eſto tamen, cuiuscunque rei baiulationem a Propheta intelligi; eam ad Ceremonialia pertinere nullatenus nego, atque hac de cauſa opponi nobis non poſſe, certum eſt. Ignoſcet igitur Dnus Diſſentiens, ubi ſoliditatem & efficaciam rationum neque hic me adinvenire non diffeſſus fuero. Vox Chriſti Apologetica, quam veluti doctrinam ipſius obiicit ex eodem Ioh. V, 17. *Pater meus huc usque operatur, & ego operor*; De Maieſtate ipſius & divinitate nos inſtruit; nequaquam de ſublato, qua nos ſpectat, Sabbatho. *Ideo ſicut Patrem meum*, iſthanc expoſitionem ſuggerit B. Hunnius in eundem locum, *non poteſtis legis Sabbathi obſervationi ſubiicere: ſic neque me poteſtis legi Sabbathi adſtringere, quaſi ex debito id tenear obſervare, ut vos quidem arbitramini: præſertim cum hoc miraculoſum opus eius ſit generis, ut ad temporis circumſtantiam ſeſe alligari non patiatur.* Nec abſimile dictum eſt ſequens: *Filius hominis eſt Dominus etiam Sabbathi* ex Marc. II, 28. Quod & extat Matth. XII, 3. Lucæ item VI, 5. Detur, quod his verbis declaraverit Salvator publice, *ſuum eſſe tollere Sabbathum* qua *umbram & Ceremoniale*; nos in hoc acquieſcimus, quod non voluerit tollere, qua morale. *Nam moralem legem*, inquit ipſe Dnus Diſſentiens p. 29. n. 120. *nunquam tollere voluit Filius hominis, uti nec ullibi a ſe eam ſublatam eſſe veſtigium reperitur.* Neque ita *interpretamur*, quod contra Grotium annotat B. Calovius (qqqq) quaſi *Meſſias miſſus ſit cum poteſtate legis antiquandæ. Hoc enim adverſatur ipſius Chriſti proteſtationi Matth. V. Non veni, legem ſolvere, ſed implere. Potuit ipſe ut Dominus Sabbathi diſpenſare circa Sabbathum* (in ceremonialibus nempe & humana inſtitutione additis) *etiamſi legem Sabbathi* (in ſe & quoad morale) *non antiquaret, nec abrogaret.* Tandem per generalem, quam vocat, Regulam: *Licere in Sabbatho benefacere* Matth. XII, 12. qui obligatio ceſſare debeat, quam Sabbathi lex poſcit, haud liquet. Verus

(pppp) c. I. ubi & plura de hac materia occurrunt.

(qqqq) in Bibl. illuſtr. ad Matth. XII, 7. 8.

rus eiuſdem ſenſus ex circumſtantiis petatur neceſſe eſt. Illas vero ex Marc. III, 4. & Lucæ VI, 9. diſcimus. In his utrobique quæſtio potiſſimum ita habet: *Licetne Sabbathis bonum facere, an malum facere? animam ſervare an occidere?* Unde, quid bene facta ſibi velint, ad oculos patet. Grotium h. l. adducere liceat: *Quæ Chriſti ſit ſententia*, ſcribit, *plenius intelligitur ex Marco & Luca, ubi Chriſtus interrogat, liceatne in Sabbatho ἀγαθοποιῆσαι, an vero κακοποιῆσαι, ubi κακοποιῆσαι eſt nocere, ſed eo ſenſu, quo necare dicitur, qui alimentum negat. Nam ſic nocet, qui miſerum non iuvat, quem poteſt iuvare, ſive divina ope ſive etiam arte humana. Lepida eſt apud Syneſium narratio de nauta ſabbathario, qui die ſeptimo adventante omittebat gubernaculum, ac diu neque vi neque minis cogi poterat, ut munere ſuo fungeretur: donec ingraveſcente tempeſtate & manifeſto iam periculo, ultro ſurrexit, dictitans, rem in eum caſum perductam, quo & Sabbatho opus facere liceret. Sic apud Ioſephum Ionathas Iudæ Maccabæi frater Suos Sabbatho in prælium animat, dicens, περὶ τῶν ψυχῶν αὐτοῖς εἶναι τὸν κίνδυνον. Ubi ergo ægrotus aliquis aut debilis auxilium, quod in tua ſit facultate, implorat, reſtat aut opem ei benigne feras, aut crudeliter deneges: Utrum vero, inquit Chriſtus; vobis videtur diei Feſto ac ſacro melius convenire?* Ita neque hic ſoliditas & efficacia illa ſe exerit, quam de rationibus ſuis promiſerat ſibi Dnus Diſſentiens.

§. XXII.

Ad doctrinam igitur Apoſtolorum, utpote diſcipulorum Chriſti, quibus ipſe mentem ſuam ſatis propoſuerit, nos vocat tertio. *Hi vero*, inquit num. 123. *in eo ſunt toti, ut inculcent Chriſtianis, ab omni lege ceremoniali, & ipſa quoque lege de Sabbatho obſervando per Chriſtum ſe liberatos eſſe.* Adducit in primis locum ex Coloſſ. II. 16. 17. quem & ſupra citaverat num. 116. eundemque ſic comparatum eſſe ſcribit, ut contra clara ipſius verba nihil ſolidi afferri poſſit, niſi quis temere vim facere textui audeat. At ſane non fiet, quod metuit, neque tamen admittemus, inde fluere, Sabbathum hodie per Chriſtum ita eſſe ſublatum, ut ad Chriſtianos obligatio eiuſdem diei ſeptimi amplius non ſpectet. Equidem propter variantes ex-

poſitiones Voetius neceſſarium duxit, monere ſuos, ne ob eaſdem evidentisſimum illud legis moralis præceptum de Sabbatho aut torqueant, aut eliminent. Sed loquatur pro me B. Friedlibius, (rrrr) qui in Obſervationibus ſuis in Epiſtolam ad Coloſſenſes ea cum dexteritate, quid hic ſibi locus velit, expediiſſe videtur, ut, quæ iure quis deſiderare queat, non appareat. Quærit nempe: *Anne Apoſtolus hic omnem Feſtorum obſervationem tollat?* Et reſpondet: *Nequaquam: loquitur enim de Feſtis V. T. quæ fuere pædagogicæ quædam commonefactiones, de cultu, beneficiis ac promisſionibus divinis, atque reſpectum includebant ad venturum Mesſiam, qui cum exhibitus ſit, præſente corpore merito ceſſat umbra: Quod vero illud quidam accommodant ad Feſta N. T. quemadmodum facit Danæus, exiſtimans, dies Chriſto dicatos, tollendos eſſe, quia Chriſtus nobis quotidie in verbo naſcitur, moritur, circumciditur, minime probandum putamus. Novimus quidem, unam diem præ alio non eſſe ſanctiorem, certam tamen diem Deus in ſeptimana publico cultui dicatum voluit, licet, quisnam illi dicetur, libertati Chriſtianæ (ſ. m.) relictum ſit, pro qua libertate etiam Eccleſiæ alia Feſta, divinitus non præſcripta, in memoriam præcipuorum beneficiorum, per Chriſtum nobis partorum certis de cauſis, optimoque fine ordinavit, quæ niſi in extremo necesſitatis caſu negligi non debent.* Atque huc redit quoque B. Reiſeri deciſio, qui Sabbathum hoc in loco intelligi monſtrat, ut ſpecialibus ſuis circumſtantiis fuit veſtitum, & ſolum attinuit Iudaicum populum, typumque ſecum tulit Sabbathi in N. T. exſpectandi, ſicut noſtrum typus eſt, aut prægustus potius eius, quo in cœlo olim fruituri ſumus. (ssss) Sit ergo ſublata umbra & ceremoniale: non ſublatum eſt Sabbahum totum, non morale. Iunge B. Pruknerum in Vindiciis, qui non magis hic reiici docet *obſervationem dici* certæ, nimirum *Dominicæ ad cultum divinum, quam certi cuiusdam cibi potusq;, puta panis & vini, ad uſum religioſum in S. Cœna, ex ipſius Chriſti inſtituto, ſelectionem.* Imo vero, mox excipit Dn. Diſſentiens, reiici diei certæ obſervationem, locus declarat, qui ſubiungitur Rom. XIV, 5. 6. Per quem in aprico eſt, *liberum cuivis eſſe debere, an dies ſervare velit, an ſecus.* Reſpondet B. Baldui-

(rrrr) Theol. Exeg. T. II. f. 568.

(ssss) Im Sabbath-Licht und Recht p. 232. add. B. Balduin. in Comm. ad h. l. qv. 3. f. 1084.

( tttt Comm. in h. l, qv. II.

nus (tttt) Diſtinguendo inter tempora. Erat, ubi libera habebatur ciborum & dierum in primitiva Eccleſia obſervatio. Tum videlicet, cum *Iudæi ab inolita conſuetudine legum ceremonialium nondum plane erant liberati.* Poſtquam autem *progreſſu temporis Synagoga Iudaica cum honore ſepulta fuit, tunc ceſſabat illa libertas, & a Ceremoniis Iudaicis Chriſtiani abſtinere iubebantur, partim ne eas tandem in articulum iuſtificationis intruderent, quaſi ille absq; iſta obſervatione conſtare non poſſet, partim ne gentiles quoq; iſto iugo oneraventur, quibus tamen impoſitum olim non erat.* Et ex hoc ipſo capite notantur deinceps Galatæ loco, qui adhuc adiicitur, cap. IV, 9. 10. timetque Apoſtolus, ne fruſtra laboraverit. Quandoquidem converti volebant illi ad infirma & egena elementa, ſuperſtitioſe obſervando dies & menſes, & tempora & annos, quaſi in externo illo cultu ſalus ſubſiſtat. Contra quam maxime opinionem Sanctus Vir Dei agit, eandemque eradicare ſtudet; minime ideirco quicquam ſuggerens, unde obligatio, Sabbatho hodierno ſuo modo debita, eneruetur. (uuuu) Porismata ex dicto ad Galatas ſumuntur, non eliciuntur, uti patebit non difficulter cuilibet, phraſeologiam & ſcopum Apoſtoli penitius contemplanti cum B. Pruknero ſupra iam citato; (xxxx) dabiturque de hiſce mentem exprimendi occaſio, quando de cauſis mutati diei & libertate Chriſtiana inferius, qua e re eſſe videbitur, agetur. Neque igitur iterum & in his argumentis tantum euituit præſidium, quantum pro ſua ſperaverat ſententia Dn. Diſſentiens. Locus Act XV. 28. 29. ubi ab onere legis Moſaicæ liberos vult Chriſtianos Spiritus S. eo per nos uſque & a Sabbatho liberos eosdem pronunciet, quatenus ſimul onera Moſaica illud ſecum portavit olim. Utut quidem vix ſequatur: Huius aut illius rei in primo Apoſtolorum decreto non fit expreſſa mentio; E. ſublata eſt Ardor autem quotidianus ſicut Act II 46. V, 42. merito commendatur, ita a quotidianis tamen conventibus ad Sabbathi abrogationem neſcio an adeo commode colligere poſſim. Et quotidie hic loci per Dei gratiam in ſacra æde convenitur prædicandi & audiendi divini Verbi cauſa; adminiſtratur etiam diebus in ſeptimana mediis S. Cœna, absque tamen Dominici diei præiudicio, in quo conventus

(uuuu) Conf. B. Quenſted. Syſt P. IV. f. 39. B. Calov. Syſt. T XI. p. 140. it B. Reiſer. egregie hac de re agens. (xxxx) in Vindic. ad h. l.

ventus ſolennior obtinet, perque potiores omnino horas durans. Cur in primitiva Eccleſia non idem obtinuiſſe dici queat, nondum demonſtratum eſt.

§. XXIII.

Verum hæc ipſa primitiva Eccleſia eſt, cuius iam exemplum ſiſtitur pluribus conſiderandum; idque IVtam conſtituit partem rationum a Dno. Diſſentiente pro ſua ſententia allatarum. Revocarem ipſum ad ea, quæ ſuperius ſcripſit, cum Voëtius ad conſenſum doctorum etiam antiquiorum provocaſſet *p. 26. n. 108.* niſi, quis tandem huius argumenti valor eſſe poſſit, ibidem iam monuiſſem. Bene alias Noſtrates Theologi, quando Sanctorum Patrum placita ipſis obiiciuntur, reponere ſolent: *Eorum canitiem dudum venerari didicimus, nunquam tamen in eorundem ſcita omnia iuravimus, quod homines eos eſſe ſciamus* (yyyy) Generatim interim ſi quid reſpondendum ad loca, quæ ex illis in materia Sabbathi allegari ſolent, dico cum Viro, cuius veſtigia non raro hactenus preſſi (zzzz), *eos vel de rigore in lege ſancito & ceremoniis Moſaicis loqui*; quemadmodum quod V. T. atinet, *non novitatem ſanctificationis Sabbathi, ſed innovationem ſub Moſe tantum reſpiciunt.* Speciatim autem quod Macarium concernit, qui, quarto demum ſeculo cum inclaruerit, an recte fuerit nominatus primo loco in exemplis primitivæ Eccleſiæ, nunc non diſputabo. Haud enim nihilominus negaverit quisquam typum, quem adſtruit, in lege Moſis de Sabbatho; typum, inquam, ac figuram veri & interni Sabbathi, quod animo donatur a Domino. At ideo externum Sabbathum in N. T. plane abrogatum eſſe, quis ex eo conficiet? Ne addam, dari aliqua in Macario, quæ benignam poſcunt interpretationem. (*a*) Nam in re quidem præſenti, ut illud urgeamus, non videtur neceſſe eſſe. Patres autem, qui conferri paſſim de ſimili materia iubentur, ſi adeſſent & allegati fuiſſent, idem absque dubio & non aliud abs me reſponſum poſtularent. Quæ Damaſceni ſit de primis Chriſtianis ſententia, erudite exponit Pelargus, qui ſuam in Libros Eius de orthodoxa fide ſcripſit explicationem. Sane dum cauſas ediſſerit Damaſcenus, cur ſeptimo Iudaico alius ſit ſubſtitutus dies,

(yyyy) Ita B. Quenſt. in Diatr. ſæpius cit. Sect. II. §. fin.

(zzzz) Eſt idem ille l. c.

(*a*) Agnoſcit Dn. D. Pritius in elegantiſſ. præfat. qua ornavit opuſcula Macarii §. 17.

 non

non invenio, qui affirmaſſe dici poſſit, haud certum primis Chriſtianis placuiſſe tempus, quo præcipue cultui externo, publico atque ſolenni vacarent. (*b*) Euſebii vocem, illis, qvi ab *Abrahamo ſurſum verſus usque ad primum hominem generationis ordine conſcribuntur, obſervationem Sabbathi non fuiſſe, ſicut ne nobis quidem*, cum grano ſalis accipiendam eſſe, niſi me fallunt omnia, contextus docet. De ea namque Sabbathi obſervatione ſermo eſt, quæ æquiparatur religioni ciborum & ceremonialis audit. Quo & Iuſtini Martyris Teſtimonium non obſcure nos ducit. Attendamus verba: *Num aliud quidquam eſt, percbari nobis Viri, quod in nobis reprehenditis, præterquam, quod ex præſcripto legis non vivimus*, neque SICUTI VOS Sabbatha & ferias agimus. Hæc prima ſunt, quæ adducuntur. Quæ ſequuntur, Iudæosq; arguunt, quod *carnali omnia accipiant ſenſu, & religionem verumq; cultum eſſe arbitrentur, ſi externa ſaltim faciant & interim animo ſint pleni dolo & vitioſitate*; non tam Sabbathum tangunt ipſum, quam minus dextrum eiusdem uſum; qui nec Deo potuit probari unquam. Legatur modo emphatica plane, quam per Eſaiam cap. I. 11. ſqq. habuit oratio, & quo Zelo hypocriticos Sabbathi ac feſtorum obſervatores proſequatur, eluceſcet. Tandem ſine Sabbatho, cum *Adamus, Lothus, Noachus, Malchiſedecus pluresque iuſti* placuiſſe Deo ferantur, autumat equidem Dn. Diſſentiens, eorum exemplo ſuam ſtabiliri ſententiam, Legem de Sabbatho primo a Moſe latam eſſe. Sed qui contulerit integrum Iuſtini Martyris diſcurſum, circa Iudæorum Ceremonialia potisſimum occupatum, ſtabilimentum non reperiet. Pro Chriſtiano autem Sabbatho Beatisſimus Pater quæ diſſerit, num ut abrogationis teſtis iure ſit productus, edoceant. (*c*) *Solis*, inquit, *qui dicitur, die omnium, qui vel in oppidis vel ru:i degunt, in eundem locum conventus fit: & commentaria Apoſtolorum, aut Scripta Prophetarum, quoad tempus fert, leguntur. Deinde lectore quieſcente, præſidens orationem, qua populum inſtruit, & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet. Sub hac conſurgimus communiter omnes, & precationes profundimus, & ſicuti retulimus precibus peractis panis offertur, & vinum, & aqua: & præpoſitus itidem, quantum pro virili ſuo poteſt, preces, &*

(*b*) Legatur Pelarg. in C. IV. c. 24. p. 235.

(*c*) in Apol. 2. pro Chriſt. ad Anton. Pium p. 98. edit. Pariſ.

*gratiarum actiones fundit; & populus fauſte acclamat, dicens: Amen! Et diſtributio communicatioq; fit eorum, in quibus gratiæ ſunt acta, cuiq; præſenti, abſentibus autem per Diaconos mittitur. Cæterum, qui copioſiores ſunt, & volunt, pro arbitrio quisq; ſuo, quod viſum eſt contribuunt: & quod ita colligitur, apud præpoſitum deponitur: atque inde ille opitulatur pupillis & viduis, & his, qui propter morbum, aut aliquam aliam cauſam egent, quiq; in vinculis ſunt; & ut ſimpliciter dicam, indigentium is omnium curator eſt. Solis autem die communiter omnes conventum agimus: quandoquidem is primus dies eſt, quo Deus tenebris & materia (quam primus creaverat) verſa mundum effecit: & IEſus Chriſtus Servator noſter eo ipſo die a mortuis reſurrexit.* Inſtitutione, ais, nude humana id factum. Demonſtres, repono. Aliud iterum videtur Iuſtinus innuere, aut qui eius ſub nomine quæſtiones addidit & reſponſiones, *quod die dominico, ſcribens, genua non inflectimus, ſignum eſt & deſignatio reſurrectionis, per quam gratia Chriſti & a peccatis, & a mortificata in eis morte liberati ſumus. A temporibus autem Apoſtolorum conſvetudo talis accepit initium; prout ait beatus Irenæus, Martyr & Epiſcopus Lugdunenſis, in libro de Paſchate, ubi quoque mentionem fecit Pentecoſtes; in qua genua non inflectimus, quoniam pari eſt cum die Dominico poteſtate iuxta eam, quæ de illa eſt dicta, cauſam.* (*d*) Certe hic ad Apoſtolorum tempora refert diem Dominicum, ſed quomodo tum ortus ſit, paulo poſt dicetur. Plura interim de pluribus Teſtimoniis, cum non deſignentur, afferre vix eſt opus. Tertulliani vindicias ſuppeditat mihi Dn. D. Ioſua Schwartz (*e*) oſtenditque non ſaltim, quod ab initio mundi Sabbathi quoque derivaverit initium, ſed quod nec Chriſtus omnino idem reſciderit. (*f*) Quo quid clarius pro nobis dici poſſet? Taceo Epiphanium, Chryſoſtomum, Auguſtinum, quorum apud eundem Dn. D. Schvvartzium congeſta ſunt effata. Per quæ æque iterum haud accedit Dni. Diſſentientis ſententiæ robur aliquod aut confirmatio. Quicquid in contrarium φαινομένως forte proponi poteſt, Iudaicum reſpicit Sabbathum, ſuis veſtitum ceremoniis, ad quas non amplius obligatos eſſe Chriſtianos extra controverſiam eſt.

(*d*) Reſp. ad Qv. 115. p. 468.

(*e*) im Bericht vom Sabbath p. 54. ſq.

(*f*) ex L. IV. adv. Marc. vid. cit. Tract. p. 109.

§. XXIV.

Sic vero aditus aperitur ad quæſtionem de Sabbatho Chriſtiano, ſive de Dominico die, quem in locum ſeptimi Iudaici ſucceſſiſſe inter eos ſcimus, qui a Chriſto nomen habent. Varia hic ſub examen vocari ſolent. Quæritur primo de *Origine*, & *quando cœperit dies Dominicus*? Poſtmodum de *Inſtitutionis cauſa*; ac tandem de *obligatione*. Quod originem attinet atque tempus, quo cœperit Chriſtianum Sabbathum, de eo Autores non convenire cum Dno Diſſentiente fatemur. Ad duas eos reducit claſſes. Alii aiunt, ab ipſis Apoſtolis diem Dominicum noſtrum inſtitutum eſſe: alii, non ab iisdem deduci primordia poſſe, contendunt. Sunt, qui claſſem quandam præmittunt, illorum nempe, quos penes confectum eſt, ipſum Chriſtum ordinaſſe diem Dominicum, antequam valediceret Suis, & aſcenderet in cœlum. Quorſum faciunt verba B. D. Strauchii (g): Wie ſollte der HErr Chriſtus nicht ein HErr des Sabbaths ſeyn / da er doch hernach ſich als einen HErren deſſelbigen erwieſen / wenn er an ſtatt des alten Jüdiſchen Sabbaths oder Sonnabends / den Tag ſeiner Auferſtehung am Sonntag feyerlich zu begehen verordnet hat. De quibus omnibus prolixe & ſolide agit B. Rudrauffius. (h) Per Dn. Diſſentientem integrum nobis erit, vel primæ nos iungere vel ſecundæ claſſi, cum utriusque ſententia coniecturis nitatur. Probabiliorem tamen poſteriorem putat, ſed per argumenta ſatis hactenus diſcuſſa, quorum præcipuum rurſus a ſilentio petitum eſt, cuius vis quam hic nulla ſit, nolo repetere. Si ita arguere velim: Apoſtoli huius aut illius rei a ſe factæ non faciunt mentionem; E. non facta. Pædobaptiſmum inſtantiæ loco opponerem, cuius explicita adeo in Scripturis non eſt mentio, quis tamen ideo infantes aſſerere non baptizatos auſit? Priori itaque claſſi ſatius erit iungi, cui cum tertia quomodo conveniat, e B. quem mox iterum habeo, cur laudem, Rudrauffio hauriri poterit (i) qui & de cætero ſententiam ipſam eximie deducit. Argumenta, quæ pro eadem nſurpare conſueverunt Doctores, ex Act. XX, 7. 1. Cor. XVI, 1. 2. Apoc. I, 10. depromta ſunt. In quibus reſolvendis ſolicitum

ſe

(g) Starck- und Milch-Speiſe.

(h) Von der Sabbaths-Feyer p. 22. ſqq. add. B. Konig. Caſ. Conſc. p. 43.

(i) c. l. p. 31.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0074-0

ſe exhibet Dn. Diſſentiens, at ita, ut absque difficultate reſponderi queat Υ῾ϛερον committamus πρότερον. Nam urgetur (I) ἐξοχικὴ ἡμέρας κυριακῆς appellatio. Dominica dies vocatur Sabbathum: E inſtitutione non nude humana gaudet, ſed Apoſtolica, ac proin quoque divina. (*k*) Quod enim & hoc in negotio ſuſceperunt Apoſtoli, citra divinum plane inſtinctum ſuſcepiſſe vix opinor At enim vocavit Iohannes *diem Dominicum*, Dn. Diſſentiens ait, *quia Dominus ipſi eo tempore ſpecialem gratiam revelationis fecit. Nego*, B. Dannhauerus regerit, (*l*) *quia Iohannes memorat diem ipſum, ut rem notam Eccleſiis: Si autem ab apparitione diceretur, ipſa apparitione obſcurior eſſet.* (*m*) Urgetur (II) Praxis non ſolum Chriſti, qui die, quem poſtmodum Dominicum appellavere, reſurrexit Marc. XVI, 2. & diſcipulis apparuit Ioh. XX. 19. & octo poſt diebus rurſus a Thoma eſt conſpectus v. 26. ſed maxime Apoſtolorum, qui eodem die, in Feſtum Pentecoſtes incidente, congregati erant Act. II, 1. & eodem alias quoque ad ſacra convenere Act. XX, 2. eodem collectæ in Eccleſiis factæ 1. Cor. XV, v. 1. 2. Verum hæc locutio, μία σαββάτων, eſt, quam improprie *primum* ſignificare *diem* Dn. Diſſentiens ſcribit, ſecutus illum, quem cum Spencero maxime hac in materia doctorem veneratur, Gomarum. Reſpondet autem iterum B. Dannhauerus, novæ iſti, ut tum audiebat, Gomari ſubtilitati, obſtare (1) *Articulum determinativum* τῇ μία τῶν σαββ΄των. (2) *Obſtare genium græcæ linguæ* (3) *Hiſtoriam, e qua conſtet*, (non quidem iuxta 1. Cor. 16. 1. qui locus ibi per ſphalma quoddam irrepſit, ſed Act. XX.) *Paulum in Troade ſeptem tantum dies commoratum fuiſſe: Finge, pergit, indefinitum ſenſum, hæc prodibit ſententia abſona, Paulus, qui ſeptem tantum dies Troade commoratus, qui nonniſi unum Sabbathum habebant, tamen aliquo Sabbathorum collectas imperaſſe. Quomodo aliquis Sabbathorum poſitive, ſi unus tantum?* Urgetur (III.) (iterum modo ſupra admiſſo) ſuffragium priſcorum, & inprimis quoque Auguſtini, ex quo ipſo etiam de Dominico, quod *una Sabbathi* appellatus fuerit, diſcimus. (*n*) qui *Apoſtolos & Apoſtolicos Viros Dominicum diem religioſa ſolennnitate habendum ſanxiſſe aſſerit.*

(*k*) provocari ſolet ad ſimile eloquium in δείπνῳ κυριακῷ vid. B Dannh. Colleg. Decal. p. 546.

(*l*) Coll. Decalog. p. 547.

(*m*) Conf. omnino Dn. D. Schwartz/ ubi egregie hac de re diſſerit, c. I. p. 273.

(*n*) Legatur omnino Epiſt. 88 citat. a Dn. D. Ioſua Schwartz l. c.

*aſſerit.* (*o*) Sed, inquit Dn. Diſſentiens, non niſi circa finem primi ſeculi huius mentio occurrit: Occurreret, pergit, prius, ſi prius inſtitutio contigiſſet. Quaſi tam multa e ſeculo primo allegari poſſent, ſcripta genuina, præter illa, quæ in codice extant ſacro. Legatur Diſſertatio Magnifici Dni D. Ittigii Patroni, Præceptoris atque in Chriſto Patris maxime Venerandi, de *Patribus Apoſtolicis*, quam Bibliothecæ Patrum Apoſtolicorum, more ſuo, i. e. ſumma cum ſoliditate ſcriptam, Ann. MDCIC præmiſit. Ex illis tamen, qui ante Iuſtinum (quem primum putat Dn Diſſentiens, qui Dominicum memorat, at certe non e ſeculo primo) eminuerunt, & quorum aliqua ſuperſunt ſcripta, Ignatius nominari poteſt, qui *μηκέτι σαββατίζοντας, ἀλλὰ κατὰ κυριακὴν ζωὴν ζῶντας* vult Chriſtianos; (*p*) adeoque *κυριακῆς* expreſſe meminit, eandemque *τῷ σαββάτῳ* Iudaico opponit. Rationem vero deminationis dein Iuſtinus, &, quem modo citavimus, Auguſtinus ediſſerunt. Quos ex priſcis in medium attuliſſe ſat erit. Melitonis enim ſi extaret liber de die Dominica, forte plura afferre liceret. (*q*) Unicum ſubiicio: *Onus & iugum novum*, cuius cura tenet Dn Diſſentientem, & ſupra p. 30. n. 128. & hic pag. 31. n. 146. metuendum, ſi rigor Iudaicus in diem Dominicnm translatus ſtatueretur. At, quæſo, quod onus, quod iugum, divinis per diem quendam publice deſtinatum inſervire cultibus, & cum animi quidem corporisque refocillatione? Idque eſt, quod Dominica dies requirit. Quæ, quæſo, hæc Iudaizatio? In Compendio B. noſter Carpzovius, quid hic doceri in Eccleſia ſueverit & debeat, poſtquam diſtinctionem inter ſeptimum Iudaicum & Chriſtianum inculcavit, planis elocutus eſt diſertisque verbis, quæ non poſſum non huc transſcribere: (*r*) Die Juden muſten von unſerem Sonntag zu zählen anfangen / und alſo fiel denn der ſiebende / als ihr Sabbath auf den Sonnabend. Die Chriſten aber fangen am Montag an zu zählen / und ſo kommt der Sonntag als der ſiebende zu ihrem Sabbath heraus. Dieſen feyren wir als des HErren Tag / und zweiffeln nicht / er werde darum *κυριακὴ ἡμέρα* des HErrn Tag genennet / Apoc. I, 10. Weil ihn der HErr JEſus ſelbſt in der

(*o*) Serm. 251. de Temp.

(*p*) Epiſt. IV. ad Magneſ. vid. Biblioth. Venerandi Dn. D. Ittigii p. 50. §. 9.

(*q*) Allegat Euſeb. H.E. L. 4. c. n. 26. Ex Apocryphis ſunt, qui allegant quandam ipſius Chriſti Epiſt. de die Dominica. vid. Dn. D. Fabric. Cod. Apocr. N.T. 309. ſqq. ſed curioſum hoc quidem, at ad noſtrum ſcopum non conducibile eſt.

der Chriſtlichen Kirchen zu feyren verordnet/ wie etwa das heilige Abendmahl κυριακὸν δεῖπνον des HErren Abendmahl heiſſet/ weil es der HErr JEſus geſtifftet: 1. Cor. XI, 20. In welchen Gedancken die alleràlteſten und meiſten Vàter und Lehrer der Kirchen/ Ignatius, Clemens Alexandrinus, Iuſtinus Martyr, Tertullianus, Auguſtinus, und viel andere mehr geſtanden/ iſt auch niemahls von der Apoſtel Zeiten an in der gantzen Chriſtenheit von dieſem Tage abgewichen/ ſondern beſtàndig gelehret worden/ daß wir vermöge Göttliches Geboths gehalten ſeyn/ einen Tag in der Wochen der heiligen Ruhe GOttes zu wiedmen/ und daß zu dieſem Tage der HErr JEſus ihm durch ſeine Apoſtel den Sonntag auserkohren/ an welchem wir von aller ordentlichen Wochen-Arbeit befreyet/ nur der heiligen Ruhe und dem Gottesdienſt obliegen ſollen.

(r) Tugend-Spr. p. 941. ſq.

## §. XXV.

Miſſa origine ad cauſas tranſimus. Ubi præmonere fas erit, contra inſtinctum divinum, quem in inſtitutione diei Dominicæ in Apoſtolis vix in dubium trahi poſſe perſuaſi ſumus, non valere, quod Paulus & fideles alii ſub initium præter Dominicam etiam Sabbathum celebraverint. Id enim ad tempus ſaltem, &, ut apparet, in gratiam noviter converſorum Iudæorum factum, interpoſita quoque proteſtatione, non Iudaico ſed Chriſtiano more celebrari, tandemque conſuetudo abrogata fuit. Quo pertinet Canon Synodi Laodicenæ XXIX, quem a Caveo in primo Chriſtianiſmo allegatum leges. (s) Inter cauſas vero, quas Dn. Diſſentienti enucleare allibuit, omiſſæ illæ ſunt, quarum & ſupra e Iuſtino Martyre mentio iniecta, & quæ inter principales merito habentur. Nucleum quendam collegit B. Rudrauffius; dignus, qui evolvatur. (t) A quo non recedunt omnino, quæ tanquam prima cauſa ex Spencero referuntur p. 136. ſub init. n. 148. Cuius verba hic ſatis propenſa agnoſcimus. Aliter vero ſentimus de Secunda cauſa n. 149. Et, quod ratio infirmorum ac rudium præcipue fuerit habenda in inſtitutione diei Dominicæ, non inficias ivero. Neſcio tamen, an adultiores eatenus ſaltim hic ſpectandi veniant,

(s) p. 186. & ſq. add. de Paulo inprimis B. Rudrauff. c. l. p. 36.

(t) c. l. p. 35.

quatenus ſtudendum ipſis eſt, ne negligendo diem & conventus publicos præbeant occaſionem ſcandali, ut ait p. 40. n. 160. Dnus Diſſentiens. Sane & adultos experiri, quod ſolennes Conventus ædificationem in ipſis quoque adaugeant, Tertullianus non videtur diſſimulare velle, dum in Apologetico ſuo ita ſcribit: (u) *Coimus ad divinarum literarum commemorationem, ſi quid præſentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoſcere. Certe fidem ſanctis vocibus paſcimus, ſpem erigimus, fiduciam figimus, diſciplinam Præceptorum nihilominus inculcationibus denſamus &c.* Quæ ultima verba in Cavei primo Chriſtianiſmo ita egregie verſa invenias: Durch dergleichen heilige Worte vermehren wir warlich unſern Glauben / wir richten unſere Hoffnung auf / wir verſiegeln unſer Vertrauen / und werden durch dergleichen Einprägung noch beſſer zum Gehorſam gegen die heiligen Gebot angefriſchet. Quis dixerit, talia non pertinere etiam ad adultos? Sic Gregorius Nazianzenus diſcendi ſtudium in Conventibus ſacris non in *plebe* ſaltim, ſed & *in Viris ac Fœminis laudat Virtutis honore paribus;* item, *non in ſimplicibus tantum, ſed & Philoſophis, divinarum rerum ſapientia præditis, in ſubditis non ſolum, ſed & præfectis, in militibus & nobilibus ac ſtudioſis & literatis, omnibus DEI militibus.* Reperiuntur hæc in oratione, quam in præſentia habuit C L Epiſcoporum (x). Ut ſimilia iam prætermittam. Memorabile eſt, quod de ſe B. Rappoltus Noſter in Meditatione mortis, quam Ann. 1674. d. 24. Maii, quæ pœnitentialis erat, in chartam coniecit, fateri non veretur, ſe pronunciatione quorundam verborum in conventu ſacro non parum fuiſſe commotum. Verba hæc ſunt: Was meinen Tod betrifft / glaube ich / daß GOtt durch einen ſanfften / oder da er nach ſeinem weiſen Rath und Willen ſchmertzlich ſeyn ſollte / gewiß durch einen ſeligen Todt von dieſer Welt mich hinweg nehmen werde. Denn da ſtehet ſein Wort: Nicht verlohren / nicht verlohren werden / Ioh. III, 16. Welchen Spruch ich einſten alſo in der Predigt magna cum Emphaſi von Herrn D. Tellern pronunciren hören / und in meinem gantzen Leben / als mit einem Auszug des lieben Evangelii mit demſelben mich getröſtet. (y) Quid multis? Etiam

(u) C. 39.

(x) eſt XXXII. f. 517.

(y) vid. B. Carpzov. noſtr. Funeral. P. I. p. 1419. ſq.

Etiam adultis ſemper obviam venire, unde proficere queant, vel ſuo exemplo comprobat Magnus noſter Lutherus (z) Das ſage ich für mich / ich bin auch ein Vater und Prediger / ja ſo gelehret und erfahren / als die alle ſeyn mögen/ die ſolche Vermeſſenheit und Sicherheit haben / noch thue ich wie ein Kind / das man den Catechiſmum lehret / und leſe / und ſpreche auch von Wort zu Wort des Morgens / wenn ich Zeit habe / die zehen Gebot / das Vater Unſer / Pſalmen/ ꝛc und muß noch täglich dazu leſen und ſtudiren/ und kan dennoch nicht beſtehen / wie ich gerne wollte/ und muß ein Kind und Schüler des Catechiſmi bleiben / und bleibs auch gerne. Und dieſe zarte eckele Geſellen wollen mit einem überleſen flugs Doctor über alle Doctor ſeyn/ alles können und nichts mehr bedürffē. Quem locum, quamvis ultima verba ſubdurius forte ſonent, ideo huc transtuli, ut videant, qui nimia ſibi ſæpe de ſe promittunt, quod talia tamen non ſint unde proficiendi ſtudium, etiam in æde ſacra, debeat aut poſſit negari. Ea, quæ ex Luthero profert Dn. Diſſentiens *p.36.n.149.* ut ut primum videantur admodum abſolute poſita, in medio tamen comparatio clariſſime emicat: Allermeiſt aber geſchichts um des einfältigen und geringen Volcks willen Si præcipue *horum* cauſa, *illi* profecto i. e. adultiores non ſimpliciter excluduntur. Præterea non de Sabbatho Lutherus agit, ſed de ordine cultus, (*aa*) in quo præcipue ad rudiores ſolet reſpici, quod integer nexus docet. Tandem contra neceſſitatem, eamque eiusçemodi, diſputat, quæ ſit cum meriti opinione coniuncta, ceu & illa innuunt elicta, quorum tenor exhibetur a Dn. Diſſentiente p. 38. n. 152. Quæ omnia nobis non obſtant. Eadem ratio eſt allegatorum e Catechiſmo Maiori. Nam & illic primum abſolute ſatis verba fluunt: *Ita habe: Nos dies Feſtos celebrare, non propter intelligentes & eruditos Chriſtianos, hi enim nihil opus habent feriis.* Sed poſtmodum tamen princeps cauſa, *cur Sabbathum ſit ſervandum Chriſtianis*, his exprimitur: *Deinde ob eam rem POTISSIMUM, ut die Sabbathi, quando alias ei rei vacare non licet, otium & tempus ſumatur cultui divino ſerviendi, ita, ut conveniamus ad audiendum & tractandum DEI verbum, ac deinceps Deum Hymnis, Pſalmis, Canticis*

(z) T. IV. Ien f. 427. a. 386. a.

(*aa*) videatur ipſa inſcriptio: Deutſche Meſſe und Ordnung des Gottes dienſtes.

*ticis & precibus laudemus.* Credisne, ab his ſeperare ſe iure etiam adultos poſſe? *Minimum die quopiam* PRO TOTA ECCLESIA *utamur oportet*, B. Lutherus inquit in eod. Maior. Catech. p. 425. Præſtantia, quam IVto ſpuriis annumerat, adeoque reiiciendis cauſis, (de tertia enim cauſa, modo ordo ne ſeponatur, nihil moneo) in ſe diei nulli competit: Iſthoc pridem largiti ſumus. Omnis prærogativa, quæ eidem tribuenda, ex inſtitutione provenit. Unde *iam inde ab initio Creationis a ſuo conditore ſanctificatus* dicitur, iterum ipſi B. Luthero noſtro, *pag. ead.* 425. Non igitur Sanctitas cauſa inſtitutionis ſed inſtitutio (concedimus proni) cauſa ſanctitatis eſt, & ſenſu illo, quem ibidem Vir Beatiſſ. exponit. (*bb*) Sola itaque ſupereſt Auguſtana Confeſſio, cuius in dictata nunc paulo inquirendum. Ferias mihi fecit B. Rudrauffius, qui decimam in Tractatu ſuo de die Dominici feriatione quæſtionem hanc eſſe iuſſit: Iſt das/ was bishero hauptſæchlich von der Veränderung des Feyertages angeführet/ auch mit der Augſpurgiſchen Confeſſion conform, und mit derſelben Bekäntniß einſtimmig? Daß es damit nicht anſtoſſe? Ad quam abſque hæſitatione affirmative reſpondet, & quæ enodationis loco ſuggerit, rem maxime dilucidant. Diſtinguit cumprimis inter tempus ordinemque ac modum cultus, atque hunc ſ. m. in poteſtate Eccleſiæ ſitam eſſe, A. C. adſtruere docet: (*Licet*, inquit ea, *Epiſcopis ſ. Paſtoribus facere ordinationes, ut res ordine gerantur in Eccleſia* p. 42.) De die autem ita ſentit: Was den Sabbath oder wochentlichen Feyer ſelbſt betrifft/ ſo ſoll doch ein Tag in der Wochen/ wie Lutherus ausdrücklich redet in ſeinem groſſen Catechiſmo/ zur Heiligung des Feyertags bleiben/ es ſey/ welcher es wolle/ und das hat die Kirche nicht Macht aufzuheben/ und den wochentlichen Feyertag auſſer der Wochen zu legen/ wie wiederum die Confeſſion dahin zielet/ daß ſie ſaget/ ꝛc. Inzwiſchen war es nöthig einen gewiſſen Tag zu verordnen/ (nemlich in der Wochen/ ſo erkläret es Lutherus in ſeinem groſſen Catechiſmo und ſonſten/ welcher die Augſpurgiſche Cofeſſion geſtellet) denn ſonſten/ wie offters gemeldet/ die Chriſtenheit ohne wochentlichen Feyertag gelaſſen/ welches ia nicht zu dencken

(*bb*) Conf. B. Dannh. Colleg. decal. p. 552. ſq. qui non *phyſicam & infuſivam, ſed analogicam, reſpectivam, ab extrinſeco* ſanctitatem diei Domini tribuit.

dencken. Darum ſo hat die Kirche / (welche? nehmlich / die es von Anfang gethan / das iſt die Apoſtoliſche Kirche / wie droben erwieſen) den Sonntag dazu verordnet. (*cc*) Qua in re conſentientem habet Dn. D Ioſ. Schvvartzium (*dd*). præſertim quando ulterius *de neceſſitate* ſermo emergit, ubi B. Rudrauffius ita pergit: Die Confeſſion widerſpricht ihren Widerſachern den Papiſten / welche ſagen / daß ſolche ihre Feyer-Tage nothwendig zur Seligkeit / und die Gerechtigkeit zu erlangen / müſten gefeyret werden / wie denn die Confeſſion ausdrücklich ſolchen Jrrthum widerſpricht / und ſaget / daß ſolche Jrrthümer ſeyn in die Kirche eingeſchlichen. Welche? Nehmlich dieſe / daß der Sonntägliche Gottesdienſt gleich ſey dem Levitiſchen / und das iſt falſch. Vors 2. daß Chriſtus den Apoſteln und Biſchöffen anbefohlen / dergleichen neue Ceremonien und Kirchen-Gebräuche zu ertichten / welche NB. nöthig ſeyn zur Seligkeit / das iſt wieder falſch. Vors 3. geben ſie vielerley Geſetz / wie weit auff die Feyertage zu arbeiten / und wolten ihre Auffſetze lindern / und der Billigkeit gemäß machen / welches doch nicht geſchehen könte / ſo lange ſie den Jrrthum hätten von der Nothwendigkeit / welcher denn verbliebe / wenn man nichts wüſte von der Gerechtigkeit des Glaubens. Alſo reden unſere Vorfahren von ſolcher Nothwendigkeit / als ſie von den Widerſachern gelehret wird / zur Seligkeit oder Gerechtigkeit zu erlangen / da iſt es recht geredet und gelehret / daß weder des Sonnabends oder des Sonntags Haltung zur Seligkeit nöthig ſey Nicht des Sonnabends / ſonſten würden die Chriſten nicht ſelig / welche den Sonntag warnähmen. Nicht des Sonntags / ſonſten würden die Heiligen des Alten Teſtamentes verdammet ſeyn; davon der XV. Articul gantz klar und deutlich redet. Handeln alſo nicht von den wöchentlichem Sabbath / wie ſolcher nach dem dritten Geboth nöthig iſt zu feyern / ſondern von der Nothwendigkeit zur Seligkeit. Dn. D. Schvvarzius hunc in modum mentem exprimit ſuam, poſtquam illa maxime verba, quæ de Prodigioſis Diſputationibus adducuntur, recenſuit, de quibus ait A. C. 1. quod *nihil ſint aliud, niſi laquei Conſcientiarum*. Es ſind ſelbige nicht abſolut, ſondern

(*cc*) vid. p. 58. ſq.

(*dd*) c. l. p. 221.

dern reſpective und oppoſite in ſolcher Meynung und Verſtand geredet/ in welchem die Päbſtler das widrige gelehret und noch lehren/ nemlich/ daß die Sonntags-Feyer um Biſchöfflichen Gebothes willen/ auch daß dadurch GOttes Gnade erlanget/ und für die Sünde genug gethan werden müſſe/ nöthig ſey. Et hoc ſenſu neceſſitatem cauſis ſubſtitutæ diei Dominicæ annumerari non poſſe, ipſi agnoſcimus; qui interim libertatem Chriſtianam etiam cum legis moralis, qualis eſt Lex Sabbathi, qua hodienum durat, obſervatione conſiſtere poſſe non ambigimus. Certi enim uti gradus eiusdem libertatis ſunt, docente B. Balduino (*ee*) inter quos ille multum eminet, vi cuius liberati pronunciamur a lege forenſi & ceremoniali, ita eminentior adhuc eſt primus, quo liberi exiſtimus a Tyrannide Diaboli, mortis & peccati, ut & a coactione & damnatione legis, non item ab obſervatione tamen. Recte B. Quenſtedius in Loco de Magiſtratu (*ff*) ait: *Libertatem, quam Chriſtus nobis peperit, non eſſe carnalem licentiam, ſed ſpiritualem libertatem, quæ non tollat obedientiam Magiſtratui, utpote divinæ ordinationi debitam.* Si non debitam Magiſtratui? quid de lege morali ac divina aſſerendum erit?

(*ee*) Comment. in Epiſt. ad Galat. eiusque c. V. 1.

(*ff*) Syſt. P. IV. f. 427.

§. XXVI.

Ita vero ad Caput de Obligatione pervenimus, circa quod prolixa adeo diſquiſitione opus haud erit. Conſtat ex iis, quæ hactenus propoſita ſunt, eam autoritatis nude humanæ non eſſe. Prout enim Dominica eſt *una dies ex hebdomadali circulo, omnino ex inſtitutione divina pendet, qua ordinatum fuit, ut certa dies in hebdomade cultui publico deſtinaretur*; inquit B. Carpzovius Senior (*gg*). Prout vero eſt *prima dies*, (nunc, poſtquam computatio a die Lunæ exordium capit, ſeptima Chriſtiana) ab Apoſtolis quidem, ſed non citra inſtinctum divinum deprehenditur introducta, unde & maior eſt, quæ hinc oritur, quam nude humana obligatio. Non contradicente A. C. quæ quando diſputationum de *obſervatione diei Dominicæ* meminit, non ſimpliciter loquitur, ſed habito ad illos reſpectu, qui ſuis quæſtionibus conſcientias enecare non verebantur. Quod ad nos non attinet. Velim interim, ut præter adducta in §. antecedente ex Rudrauffio & Schvvar-

(*gg*) in Iſag. p. 752.

Schvvarzio, etiam B. Dannhanerus hic legatur, qui in Collegio
Decalogico A. C. & Catecheſeos Maioris ſententiam eleganter de-
clarat. *(bb)* Interim quanti obligationem primi æſtimaverint Chri- *(bb)* p. 549.
ſtiani, vel exin patet, quod & ſanguine hunc diem obſignarint. ſq.
Quæſiti enim Martyres ; *Servaſti Dominicum?* Reſponderunt:
*Chriſtianus ſum, intermittere non poſſum.* *(ii)* Argumenta ex V. T. *(ii)* vid. iter.
non alia ſolent adhiberi, quam moralia; hæc vero recte adhibentur. B. Dannh. c.
Et ſi quæ urgentur alia, comparate fieri ſolet. Non ſine onere nem- l. p. 551.
pe in V. T. quædam omitti debuerunt; Et ſanctificationem urſit
Deus tanto cum rigore. Quid Tibi nunc putas convenire, cum
oneroſa illa iam ſublata ſunt? &c. in hiſce quid merito deſideret
Dn Diſſentiens, non video. Grati de cœtero acceptamus, quando
ex ſacris literis quoque fontem derivat obligationis ex Matth. VI. 33.
Apoſtolum autem de privatis ſolummodo conventibus agere Heb.
X. 25. unde probari queat, haud apparet. Aliud innuit Summus
Scripturæ Interpres B. Sebaſt. Schmidius, cuius hoc primum eſt,
quod e Textu elicit, Conſectarium: *Conventus Chriſtianorum pu-
blici & Eccleſiaſtici inſtituendi ſunt in quavis Eccleſia particulari, niſi
impoſſibilitas prohibeat. Apoſtolus noſter monet;* μὴ ἐγκαταλείποντες
τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν, *Non derelinquentes congregationem ve-
ſtram. Quod ſi non derelinquenda eſt congregatio, utique aliqua eſſe
debet. Quod namque non eſt, non deſeri poteſt. Et in promtu eſt ex-
emplum primitivæ Eccleſiæ, ad quam etiam Hebræi noſtri pertinent, qui
ſuam habuerunt congregationem.* Acceptamus tamen & hic appli-
cationem ad congregationes die Dominico. Miramur vero, quan-
do Doctores producit a via anguſta ad viam latam abducentes. Quis
hos audiendos eſſe putet? Modo vere convincantur de eo, quod
imputare quibusdam hic non dubitat Dn. Diſſentiens, modus coër-
cendi & conſilium removendi non deerit. At enim imputationes
non ſunt confeſtim demonſtrationes ac convictiones. Impii
Miniſtri cauſam nemo aget, niſi qua verbo & Sacramentis ſua vin-
dicatur efficacia. Conferantur præter B. Carpzovium in Iſagoge
*(kk)* Magnif. Dn. D. Neumannus & Grünenbergius; ille in diſpu- *(kk)* p. 314.
tatione de audiendis Doctoribus etiam hypocritis, dum verbum

Dei

(*ll*) hab. illa eſt Witteb. M. Jun. A. 1697. hæc Roſtoch. M. April. A. 1699.

Dei recte profitentur; hic de Dei Miniſtro impio. (*ll*) Adultis, quos hic denuo urget, conſideranda ſuggerimus verba non nulla B. Scriverii: Es iſt ein höchſtſchädlicher Irthum/ ſich einbilden/ man habe das ausgelernet/ was kein Menſch in dieſem Leben aus- lernen kan. Wenn unſere heutige Chriſten meynen/ſie haben ſchon alles gefaſſet und begriffen/ was ein Chriſt wiſſen ſoll/ ſo kommts mir vor/ als wenn ein Schul-Knabe/ der kaum die Buchſtaben hat kennen/ und zuſammen ſetzen gelernet/ ihm einbildet/ er ſey ſchon ein Doctor. ⸗ ⸗ ⸗ ⸗ **Unſer Wiſſen iſt Stückwerck/** ſpricht der H. Apoſtel/ der auch anders wo ſaget: **Nicht/** halte ichs da- für/ daß ichs ſchon ergriffen habe/ oder ſchon vollkommen ſey/ ich jage ihm aber nach/ ob ichs auch ergreiffen möchte/ nach dem ich von Chriſto Jeſu ergriffen bin. ⸗⸗⸗ Ich ver- geſſe was dahinten iſt/ und ſtrecke mich zu dem/ das da fornen iſt. Wobey zumercken/ daß er ſo wohl von der Voll- kommenheit des Glaubens/ oder der Erkentniß/ als des Lebens und der Nachfolge Chriſti handelt/ und alſo in keinem Stücke ſich vollkommen ſchätzet: er ſiehet nicht ſo ſehr auff das/ was er ſchon von Chriſto erlernet/ als auff das/ was ihm zu erlernen noch übrig iſt. Darff ſich nun ein ſolcher Apoſtel nicht rühmen/ daß er im Chriſtenthum ausgelernet habe/ was wollen wir arme Sünder uns rühmen? ⸗ ⸗ ⸗ Ein Menſch/ wenn er gleich ſein beſtes gethan hat/ ſo iſts noch kaum angefangen/ und wenn er meinet/ er habe es vollen- det/ ſo fehlets noch weit. Drum laſt uns immer Schüler bleiben/ laſt uns mit einem hertzlichen Verlangen zu der Betrachtung des Wortes kommen/ wie ein durſtiges Kind zu der Mutter-Bruſt/ und in einer iedweden Predigt unſers Chriſtenthums Auffnehmen begie- rigſt ſuchen (*mm*). Item Voetii Problema: *An ſatis accurate loquan- tur, qui dicunt, libere & propter ſcandalum tantum, Chriſtianos ceſſare ab opere & labore ſervili?* quod in altera parte de Sabbatho & feſtis proponit, & cum rationibus ſuis negative decidit.

(*mm*) Seelen-Sch. P.II. Conc. II. §. 48. 49.

§. XXVII.

Sed de operis & laboribus ordinariis tandem quæritur: *An*

*ad ab-*

*abſtinentiam ab illis pariter obligemur?* Et non obligari nos more Iudaico certum eſt. Obligamur tamen more modoque, quo Chriſtianos decet, a nimio V. T. rigore liberos, non liberos ab obſequio. De Doctoribus Eccleſiæ ad abſtinentiam excitantibus ſententia noſtra quoque expoſita eſt, ſimulque, quod de imprudentia dicitur, remotum. Illa, quæ vitanda ſunt, ſi profanatum non debeat cenſeri Sabbathum, aut quæ comprobanda & permittenda etiam veniunt, Beatiſſimus noſter Dn. D. Alberti ſiſtit in Diſputatione, quæ *de Sanctificatione & Profanatione Sabbathi* habita fuit d. 27. Auguſti Ann. 1691. (*nn*) Item B. Dannhauerus in laudato aliquoties collegio decalogico (*oo*). Non improbamus inſuper ea, quæ a Dn. Diſſentiente dicuntur p. 41. ſq. n. 166. ſq. Libertatem vero cum lege ſtare poſſe vel exin etiam confirmamur, quia legem & inſtitutum Eccleſiæ admittit Dn. Diſſentiens, & nihilominus libertatem Chriſtianis ſalvam eſſe arbitratur. Quietem corporalem ſine Spiritus in Deo lætitia cum, qui commendent, ex veritatis amantibus, non ſint, cur in iis omnibus tangendis moremur, vix puto e re eſſe. Docet Canticum quid ſtatui debeat:

Du ſolt von deinem Thun laſſen ab/
Daß GOtt ſein Werck in dir hab.

Quid evidentius? Intentio, qua motus idem in lucem edidit has ſuas de Sabbatho meditationes, ſit per nos bona. Num evitare tamen incongrua queat omnimodis, quæ ex opinione iſthac Libertini derivant, diiudicandum nunc relinquo aliis (*pp*). Rite modo imbibatur dogma noſtrum, uti nunquam non inculcatur Auditoribus, quicquid ipſe per ſuam putat tolli ſententiam, per noſtram tolletur, ut ſpero, ſolidius, quæ tandem huc redit: *Deo ſemper ſuus debetur cultus: inprimis tamen in die Dominico.* (*qq*) Subit mentem hic Axioma, quod Venerandus Dn. Lic. Guntherus, Patronus ac Præceptor meus certiſſimus fideliſſimusque, in defenſione certi cuiusdam problematis Theologici ſuppeditabat: *Eam ſemper in omnibus dogmatibus, cuiuscunque tandem generis, præ aliis ſententiam eligendam eſſe, quæ magis gloriam Dei, veram pietatem & conſcientiæ tranquillitatem promoveat.* Atque ita comparatam eſſe eam, quam nunc defendo, certo certius ſum convictus. Angores Conſcientiæ nominat quidem Dn Diſſentiens,

(*nn*) vid. inpr. Sect. II.

(*oo*) p. 553. ſq. add. Dn. D. Speneri Bedencken P. II. p. 36. 39. ſqq.

(*pp*) vid. B. Rudrauff. c. l. p. 28.

(*qq*) Dannh. l. c. p. 553.

tiens, ſed non deſignat. Deſignentur autem, & prona erit deciſio. Habemus, Dei gratia, Doctores, qui conſiliis ſuis per caſus probe diſcuſſos anxias conſcientias pacare haud difficulter didicerunt. Cum loco Chryſoſtomi, a Dn. Diſſentiente hic allegato, velim iungi illum, qui a me ſupra ex eodem eſt adductus, &, quæ S. Patris mens ſit, clareſcet. Ego Caput I. his breviter annotatis finio.

# CAPUT II.

## DE IURE ET OFFICIO MAGISTRATUS RELIQUISQUE CAPITIBUS.

§. I.

CONſtitutum mihi erat præciſe veſtigiis inſiſtere Dn. Diſſentientis, uti & ſub initium intimavi, perque maximam partem in primo Capite obſervatum fuit. Sed intervenere nunc, ubi pergendum, varia, quæ ad tempus ſuſpendere propoſitum iubent. Partim abitus imminet ex hac Academia, unde reliquis cum cura ponderandis tantopere vacare non poſſum. Partim prodiit interea ſcriptum ICti Evangelici, qui in potiſſima Diſſertationis adverſariæ momenta inquiſivit, ut uno alterove labore ſuperſedere poſſim. Plura ne memorem. Hinc Spicilegium ſaltim impræſentiarum ſuſcipere licebit, & in hoc ſecundo Capite nonnulla ex reliquis depromere Dn. Diſſentientis Capitibus, de quibus ſententiam vel tribus ediſſeram. Dabitur fortaſſe, cum Deo, occaſio, ut poſthac alibi, ſi non omnia, (eſſe enim & aliqua haud plane reiicienda, ſub initium quoque Diſſertationis meæ faſſus ſum) eminentiora tamen penitius evolvere meumque animum non minus in hiſce, ac in hactenus prolatis, corroborare queam.

§. II. No-

§. II.

Nolo de diſtinctione multum laborare, quam non incommodam primum appellat Dn. Diſſentiens, inter *poteſtatem Eccleſiaſticam internam atque externam*. Mox tamen internam locum non invenire, aut terminum ſaltim accuratum non eſſe ſubnectit, ob eam maxime cauſam, quod *neceſſario cohæreat poteſtati coactio*, Unde omnem eam *reſpuat interior Eccleſiæ ſtatus*. Dubitari namque (1) utut poſſet, an omnis poteſtas ſit coactiva? (a) Utut oſtendi etiam (2), eſſe forte coactionem quandam, quæ Miniſtrum, cui interna poteſtas tribui ſolet, non dedeceat: ſane Luc. XIV. 23. Dominus ad ſervum dicit: Ἀνάγκασον εἰσελθεῖν. (b) Tempus tamen, ut huic negotio immorer non permittit. Pauciora ſeligenda erunt; reliqua ſuo tempori reſervanda. Atque ſic ad *formulam* me confero *credendorum*, de qua Dn. Diſſentiens ait *p. 54. n. 23.* Principem etiam *vi imperii ſubditis* eam, ut loquitur, *obtrudere* non poſſe, aut *aliquem compellere ad id, quod conſcientiæ ſuæ, licet erroneæ, adverſum credit*. Ex quo fundamento quoque inferius *p. 65. n. 69.* infert: *Si quis credat, ſe Sacramento S. Cœnæ, quod etiam diebus Sabbathi adminiſtratur, in tanta infidelium & hypocritarum copia ſine conſcientiæ læſione uti non poſſe; qualia exempla hodie ignota non ſunt; hic Principem, ſi coactione, vi & pœnis procedat aliud non agere, quam, ut in conſcientias imperium ſibi tribuat &c.* Quo loco de formula credendorum, eiusdemque præſertim ſubſcriptione, quid habendum ſit, cum pie egerit ac erudite B. Rappoltus in *Programmate ad habendas & viſitandas diſputationes in formulam Concordiæ invitatorio*, illius mentionem non facere non poſſum. (c) Mentem enim veram, & a violata libertate vique conſcientiæ illata liberam, licebit exin abunde haurire. Caſum vero, qui additus eſt, quod concernit, nemo dixerit, alia primum media eſſe adhibenda ad erroneum iſtum in viam reducendum, quam ſpiritualia; putoque vehementius locutum eſſe Dnum Diſſentientem, quam par erat, cum modum in ſacris literis præſcriptum vix ullibi obſervari, ſed ſtatim vi procedi, affirmat. Evolvat, rogo, quæ in Iurisprudentia Conſiſtoriali B. Carpzovius proponit (d) aliumque deprehendet Proceſſum ibi delineatum eſſe; qui non negligitur. Duriora quando ſtatuuntur interdum,

(a) conf. diſput. egreg. de Poteſtate Eccleſ. hab. ſub Præſid B. Dn. D. Lehmann. A. 1676. M. Sept. inpr. p. 18. ſq.

(b) videatur hoc de loco Diſſert ſumme Rev. Dn. D. Löſcheri, Witteb. hab. Menſ. A. 1690.

(c) Extat in Opp. B. Carpz. op. iunctim editis p. 1947.

(d) L. II. Tit. 18 de fin. 29. ſqq.

terdum, tangunt illa contemtores præfractos; quorum quis a partibus ſtabit?

## §. III.

De mutatione Sabbathi an Principi hodie conveniat, diſquirit Dn. Diſſentiens p. 57. n. 33. Vultque ex traditis in Cap. ſuo primo diiudicari, quid ſtatuendum ſit. Ego igitur pari ratione ad ea, quæ in primo capite meæ Diſſertationis in medium afferri potuerunt, provoco. Unde, quod inſtinctu Domini ab Apoſtolis & Apoſtolica Eccleſia ordinatum ac huc usque obſervatum, credo, mutationi tam facile obnoxium non eſſe. Cæterum ſufficit iam iam, ipſum Dn. Diſſentientem largiri, quod nulla neceſſitas ſuadeat, imo nec ulla utilitas, ſubſtitutionem alterius diei in locum Dominici. p. 58. n. 38. Atque hoc ad publicos inprimis pertinet conventus. Privatos dehinc, qui hodie Collegia pietatis vocari conſueverunt, maximopere idem deprædicat p. 62. n. 52. Cenſetque, tollere nexum amoris inter Chriſtianos, ac cultum DEI non promovere, ſed impedire, ipſoque quaſi Anti-Chriſti officio fungi, qui eiuscemodi conventus prohibere auſint. Dura dixit. At, cum res momentoſior ſit, quam ut in compendio neceſſaria ſiſti queant, ad Beatiſſimum provoco Dn. D. Schomerum, autumoque ex eiusdem Collegiatiſmo huc trahi poſſe, quæ monenda fuerint. Quemadmodum & in B. Rappolti operibus egregius admodum diſcurſus de Pietatis Collegiis ex B. Dannhauero refertur, in quo quæſtio: *Annon conſultum ſit, formam docendi in Eccleſia Corinthiaca Apoſtolica uſitatem revocari*, ſub examen vocatur, ac caute deciditur. (e) Breviter: Multa in theſi videntur bona, quæ in hypotheſi ſe non commendant, Sunt Viri Celeberrimi, quos inſtitutorum Conventuum privatorum pœnituit, ut ſcribunt, piguitque quam maxime. De quibus tamen, uti modo prolixius dicere integrum non eſt, ſi neceſſitas requiret, ſuo tempore pluribus.

(e) vid. Magnif. Dn. D. Meyer. Muſ. P. IV. p. 17.

## §. IV.

An Princeps compellere ſubditos vi externa poſſit ad cultum diei Dominicæ publicum non negligendum? poſtea diſputatur p. 64 n. 62. Et hic temperamentum quoddam ſe adinveniſſe putat Dn. Diſſentiens, dum compelli valere opinatur infirmiores & imperi-

tos

tos, non item adultos. Non repugnarim, ad hos compulſionem haud ſpectare, ſed non ex rationibus a Dn. Diſſentiente allatis, in quibus, ſi vacaret, unum alterumve notandum foret; ſed ideo, quia, quando adulti probe ſecum ponderant, quod & quantum ſit Dei beneficium, cum Eccleſiam publicorum conventuum ſinit eſſe participem, non poſſunt non compellere ſe ipſos, ut frequentent propenſe templa, ac concionibus, aliisque negotiis ſacris libenter interſint. In quo recte penſitando cum nondum æque ſint exercitati, qui imperitorum veniunt nomine, compulſione Magiſtratus nonnunquam opus eſſe, in proclivi eſt cognoſcere. De ſcrupuloſis in § 2. dictum. Quid circa Iudæos liceat, paſſim docent, qui Caſus enodant. Impræſentiarum Iudicium Dn. D. Speneri adduco, qui certis temporibus ipſorum in gratiam concionem eſſe habendam conſultum cenſet, eosdemque adigendos, ut eam audiant. (f) Cuius fundamentum an ſit ſolidius eo, quo nititur Dn. Diſſentiens, ipſe, ubi aſſerta inſpexerit, pervidebit.

(f) vid. præter cætera & hoc conſil. P. IV. der Bedencken p. 93.

§. V.

In perverſum, ceu loquitur, diſputandi modum cum illis, qui alii ſunt religioni addicti, nonnulla diſſerrere porro ſuſcipit, p. 67, n 74. ubi & ratione Subiectorum & ratione modi procedendi habet, quæ reprehendat, Quod Subiecta attinet, *Laicum Spiritualem* plus poſſe, ait, quam *Summum Theologum literalem, argumentis tantum humanis & Philoſophicis inſtructum.* Cuius rei exemplum ex antiquitate profert. Enimvero humanis ſaltem & Philoſophicis ſi velit argumentis uti Theologus, admitto, quod parum ſit profecturus. Quanquam, quid intendat, dum humana argumenta Theologo literali, ut vocat, tribuit, nondum ſatis pateſcat. Virtute verbi divini vincat Theologus neceſſe eſt. Huic gladio & non alii aſſveti ſolent eſſe, qui Colloquia cum adverſariis iubentur aggredi. Interim non culpa Theologorum eſt, quod nec ſemper Colloquia ſuccedant. Alia ſunt, ad quæ reſpiciendum, experientia præeunte. Utut & illud non poſſit ita ſimpliciter adſtrui, nihil Colloquiis hactenus confectum, nihil ad umbilicum usq; perductum eſſe. Novit B. Dannhauerus vel de Montisbelgardenſi ex Teſtimonio non uno monſtrare, quid boni illud conſecutum

 ſit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0089-7

ſit. (g) Et cui relationes obvias relegere non grave fuerit, de aliis cur idem arbitretur, reperiet. Modus procedendi multis vindicandus eſſet, niſi properandum mihi foret. Scholaſtica diſputandi ratione quam ob rem hodie omnimodis carere nequeamus, B. Scherzerus docet in Prooemio, quod Diſſertationi in locum: *Væ tibi Chorazim*, præfixum eſt. (h) Quod vero Moralia velit præmiſſa Doctrinalibus Dn. Diſſent. putans, prius emendandam eſſe voluntatem, quam illuminari queat intellectus, neſcio, quo pacto valeat probatum dare. Notum certe eſt, *vivere quem bene non poſſe, niſi bene credat.* (i) Cogitet, Iudæus ille, cuius p. 66, n. 73. meminit Dn. Diſſentiens, ſi voti ſui compos redderetur, (quanquam quid obſtet, quo minus id fiat, non intelligam) ac nanciſceretur occaſionem cum aliis ſermones cædendi, num a pia poſſet incipere vita, niſi prius de fonte, unde vera vitæ pietas ſcaturit, conviciſſet audientem? Et ille quis alius, quam vera Chriſti & rite ex verbo Dei monſtrata agnitio? Interim Moralia tamen a noſtratibus inter diſputandum non plane ſeponi, iam B. Dn. D. Alberti exemplo declaraſſe ſatis eſto. Qui cũ adverſus libellum Papiſticum, cui Titulus: *Auguſtana & Anti-Auguſtana Confeſſio*: Iuſſu publico ſcriberet, vitia quoque moralia adverſario cum emphaſi exprobravit. (k) Carnalibus tandem Theologis non faveo, quanquam, an omnes iure ſic appellentur, quos aliqui iſthoc nomine inſigniunt, de eo adhuc diſpiciendum veniret. Quæ tamen ex veritate de iisdem ſentiri debeant, ſub Magnific Dn. D. Fechtii Præſidio Roſtochi diſputatum fuit Anno 1698. Quorſum, nunc quidem, iterum ablego.

(g) vid. ipſe de toto negotio in myſter. ſyncretism. Maxime conf. p. 147. &c.
(h) Eſt hæc in Faſcic. II. & verba extant p. 5.
(i) vid. ϖόρισμα ex 1. Ioh. II, 3. 4. 5. 6. in B. Rappolt. Opp. p. 112. ſqq.
(k) præfat. Op. §. 15. ſqq.

§. VI.

De impedimentis removendis libenter agerem, ſed urget tempus, & ex Diſputatione Dn. D. Alberti ſupra laudata varia peti poſſunt. (l) Sic & de eo, cum ait Dn. Diſſentiens. *Deum minus coli cultu externo, quam ſi matrimonium rite & iuſte ac ſecundum ordinem Scripturæ contrahatur*, & ſimilibus aliis locutionibus, vel ſaltim penitiorem, ſi tolerari debeant, interpretationem requirentibus, dicerem, riſi hac vice abrumpendum eſſet. Cumque de *iure Subditorum* vix ſint, quæ attingi nunc tantopere velint, maximam namque partem ex antecedentibus, æſtimari

(l) add. Sect. IV. & ult. in diatrib. B. Quenſt. ubi quæſtiones practicæ de Cultu Sabbathico proponuntur.

mari

mari queunt, quæ cunque afferuntur, de libertate inprimis; ubi tamẽ obligationem ſimul veram & magnam negare non poteſt Dn. Diſſentiens, quamvis legem neget: Præterea L. 3. C. de feriis ad Dnn. ICtos pertineat, qui ex contextu de neceſſitate Imperatorem agere, cum *agriculturam die Domiuico* permittit, demonſtrant: ad *Ceremonias* & *Ritus* paucisſimis me converto. Suppeterent, modo vacaret, de ſpecialibus Cenſuris non pauca; in quibus nulli fere rei parcit Dn. Diſſentiens, ut fatear, talia ipſum hic ſcripſiſſe, quæ non poſſint non etiam Cordatiorum imo & moderatiorum movere bilem. A vehementiori tamen dictione lubens, uti hactenus, ita & nunc mihi tempero. Quæ non de templis diſſerit a n. 63. p. 111? De quibus ex antiquitate Eccleſiaſtica longe benigniora collegit Caveus in primo Chriſtianiſmo. (m) Quo ſenſu ſancta appellare ſoleamus, & quid de formula habendum: Wir ſind in GOttes-Hauſe/ und an dem heiligen Orte/ da ſeine Ehre wohnet/ verſammlet und zuſammen kommen; quæ uti Voetio, ita & Dn. Diſſentienti non placet p. 115. n. 82. pius ac eruditus Theologus, Dn. Paulus Fridericus Sperlingius, Superintendens Leisnicenſis, in Nicodemo quærente & IEſu reſpondente, breviter at rite declarat. (n) Quæ non de ornamentis templi profert? Ubi Caroloſtadium excuſare non dubitat p. 117. n. 92. quod omni modo imagines ex templis tolli voluerit. Quid tamen de imaginibus ſtatuendum, B. Balduinus ſolide enucleat im ausführlichen und in GOttes Wort wohlgegründeten Bericht von Bildern. (o) Quid non de turribus & Campanis notat? quarum uſus perevidens? (p) Quid de organis & Muſica ſacra, de Canticis item? de quibus caute ac eleganter agit in Cynoſura Conſcientiæ Celeb. Dn. D. Samuel Schelvvigius (q); Magnificus etiam Dn. D. Meyerus in præfatione, quæ præfixa eſt der Bibliſchen Lieder Concordanz Dn. Georgii Serpilii, Ratisbonenſium Concionatoris diſertiſſimi; ut & Venerandus Maxime Dn. L. Guntherus, itidem in Præfatione, in qua elogiis ſuis iure decoravit das vollſtändige Geſangbuch Viri de hac Lipſienſi Republ. immortaliter meriti. Quæ de cantione coram altari? De qua vix fas eſt, ut aliquid inſpergam. Certe canentis vox diſtinctior ſæpe eſt, ac magis percipi valet, quam interdum legentis, præcipue, ubi a populo nonnihil remotior cantanti exiſtit locus.

(m) c. 6. p. 133. ſqq.

(n) vid. P. I. in Dom. 1. p. Epiph. p. 395.

(o) C. 13. p. 97. ſqq. conf. iter. Dn. Sperling. Contin. Nicod. quær. in Dom. 23. p. Trin. p. 780

(p) Elegantes ſuggerit de campanis meditationes Dn. Ehrenhold in zufällig. Gedancken p. 487. ſqq.

(q) Qv. XIX p. 177. ſqq.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0091-7

Quæ non de veſtitu Clericorum? Qui tamen nec a B. Zieglero improbatur, quem ipſe Dn. Diſſentiens, ac merito quidem, ſummum ſupra nuncupavit ICtum, (r) nec etiam ab Illuſtri Dn. Samuele Strykio, Viro pariter ſummo, in Diſputatione de Iure Veſtiario (s). Quæ non de Concionibus? Quarum vero ratio a Viris in Scripturarum interpretatione verſatiſſimis iuxta earundem ductum cum ſit delineata, vindicias hic prolixas non expoſcit; ipſa ſemet vindicat. Reſervabo interim, ut iam dictum, hæc omnia, una cum hactenus ſpeciatim non allatis, futuræ cuidam deductioni, ubi in inclyta Varnenſi Academia, Deo & ſuperioribus volentibus, commorandi mihi continget occaſio. Quod ſupereſt, non diffiteor, Theſes, quas hic Evangelicus quidam ICtus in ſeinem unvorgreifflichen Bedencken p. 119. ſqq. fundamenti loco præmiſit toti de ritibus Tractationi, ita informatas eſſe, ut, (quamvis quæ vehementius interdum, præſertim in inſequente applicatione, ac evolutione aſſertorum a Dn. Diſſentiente dixit, mea non faciam) perſvaſus tamen de cætero ſim, inde, quicquid opponitur, & cenſura notatur, abſque difficultate magna reſolvi ac enodari poſſe. Cupis Theologum iungi? B. Balthaſarum Meisnerum in ſubſidium voco, qui in Collegii Adiaphoriſtici Diſputatione prima & κριτήρια rituum obſervandorum, & vitia non admittendorum peregregie exponit. (t) Subſiſto in *Aſſertione generali*, ut ex Form. Conc in Iſagoge Carpzoviana exhibetur de Ceremoniis: *Quamvis Ceremoniæ per ſe non ſint cultus divinus, ideoque Eccleſiæ liceat easdem mutare, cum excluſione levitatis & ſcandali: in caſu tamen confeſſionis neque adverſariis cedendum eſt, neque ob diſſenſum in ritibus alias particulares Eccleſias damnare licet*; & finio voto B. Quenſtedii: *Faxit Sabbathi Dominus, idemque Autor benigniſſimus, ut rite meditemur ac celebremus Sabbathum in hoc inquieto mundo, donec aliquando ad verum æternæ vitæ Sabbathum pertingamus, ubi celebrandum nobis erit Sabbathum ex Sabbatho!*

# *SOLI DEO GLORIA.*

(r) in Tract. de Diac. & Diaconiſſ. c. 12. §. 1. ſqq. id. Iur. Can. Lancell. enucl. L. I. tit. 12. §. 10. in not. p. 91.

(s) in præfat. non minus, quam in C. 2. f. 17.

(t) Th. 33. ſqq.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0093-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0094-5

1078

ULB Halle 3
005 362 296

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0095-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0096-7

Q. B. V. D.

De

# IIS,

Quæ

circa receptam

DE

# SABBATHO

# Doctrinam,

A non-nemine nuper in dubium vocata ſunt,

*DISSERTATIONE THEOLOGICA SOLENNI*

Summe Venerandæ Facultatis Theologicæ benigniſſimo indultu,

*d. XI Maii Ann. MDCCIII*

In Auditorio Maioris Principum Collegii

publice aget,

PRÆSIDE

*VIRO SUMME REVERENDO atq; MAGNIFICO,*

DN. GOTTLOB FRIDERICO

Seligmann/

SS. THEOL. DOCT. & PROFESS. PUBL. ORDIN. CONSISTOR. ELECTOR. & DUCAL. ASSESSOR. MAIORIS PRINCIPUM COLLEGII h. t. PRÆPOS. & AD DIV. THOM. PASTORE,

*Patrono ac Præceptore omni pietate ævum devenerando,*

AUTOR-RESPONDENS

HERMANNUS IOACHIMUS Hahn/

Grabov. Mecklenb.

SS. Th. St.

---

*LIPSIÆ*, apud Phil. Wilh. Stockium.

1703, 29
8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759659-p0097-2